



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XXI. De Conuentionibus in genere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

DE CONVENTIONIBVS IN GENERE. LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

De necessitate conventionum. Cap. 1.

- 1 Quibus rationibus diuisio rerum recepta, hisdem, & aliis, rerum cuique facta distributio & conseruata: & quare cuique libera rerum suarum dispositio.
- 2 Conuentiones spontanea debent esse.
- 3 Commercium & rerum commutationes humanae societati necessariae quare.
- 4 Primum contrahendi modus per Donationem, Mutuum, & Commodatum.
- 5 Item, officia per Commutationem, unde alii contractus prodierint: & quomodo illa non expedita, & propter necessitatem, & formulas contrahendi indultas.
- 6 Pretium, & munus ad constituendam aequalitatem conuentionum.



VIA ꝑ placuit humanæ imbecillitati, pluribus de causis diuisionem rerum admitti, & ita cuique possessionem & partem committendam: hisdem rationibus æquum visum est, vile, & necessarium, possessa libertati cuiusque, & liberæ administrationi concedere, *l. nemo exterius, de iudicis, C. in re mandata, C. mandata.* Et ita communi consensu mutuo sibi in societate sanciuere, non oportere cum alterius iactura locupletari, *l. nam hoc natura, de condi. et. indeb. in P. l. iure natura, de regul. iur. P. cap. locupletari, eodem tit. in sex. nemini ius suum detrahendum esse, l. 2. de iis qui sunt sui vel alie. iur. in P. §. si eo sit. ap. Iustitia.* & quod nostrum est, sine facto nostro in aliū transferri non posse, *l. id quod nostrū, de reg. iur. l. in diem de aqua pluua arcen. in P.* Neque lecta nostrorum temporum patitur, ut ait Iustinianus, in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri, vel pacisci, *l. si §. de pact. C. lib. 2. tit. 3.* Et ultra iniquum vitium, ingenis hominibus non esse liberā rerum suarum administrationem, *Caus. in l. 2. si a pariete quis fuer. in muni. ff. lib. 37. P. tit. 12.* cum liceat per libertatem, viuere ut velis, *l. libertas, 4. de sta. hom. in P.* Multo magis res suas, quæ inferioris personis sunt, *l. infissime, de adu. l. i. ed. l. o. P.* & ad vsum earū, *l. in pecudum, de osur. in P. cum simal.* pertractare. Atque nihil tam naturali æquitati conuenit, quam voluntatem domini rem suam in aliam transferre volentis, ratam haberi, *§. per traditionem, de re. diuis. ap. Iustin. l. qua ratione §. hac quoque res, de acq. rer. dom. §. Vnde* conuentiones voluntarias & spontaneas esse debere, dum cōcipiuntur, satis superque constat, *l. in commodato, §. sicut commoda, P. l. sicut, de act. ion. C.* Et ita tabolenus Iurisdonsultus tradit, in omnibus rebus quæ dominium transferunt, accedere debere affectam contrahentium, sine quo conuentio imperfecta sit, *l. in omn. b. 5. 4. de acti. in P. l. 1. de pac. in P. l. in conuentionibus, 219. de verb. sign. l. in que res pign. obl. poss. P.* Aristoteles quoque tradit, *lib. 4. ad Eudemum,* initium contractuum voluntarium esse. Plato etiam, sequitur, inquit, *lib. 11. de legibus,* ut dicamus de pactis conuenientium hisque ordinem tribuamus. Simplex autem illud sit, ut nec mea quisquam pro viribus tangat, nec moueat meorum quicquam minimum, nisi mihi persuaserit: atq; ego dum mentis compos fuero, id. m. in alienis efficiam. ¶ Idem ꝑ Plato alibi, *lib. 15. in Sophista.* speciem acquisitionis quæ fit inter volentes, dixit esse commutationem quæ fit domino, emtione, & mercede. Ceterum cum ita singulis rerum dominis, libera esset & sit voluntas erga res suas, & sæpe pluribus egeant mortales quæ apud alios sunt, aliquibus autem superfluis abundant, quæ aliis commoda & vsui sunt, vel possunt esse, suavit eadem societas humana communicationem, vicissitudinem dandi & accipiendi, quam commercium, quod & conuersationem seu conuictum, *o. forus, de ver. sign. & mercium seu rerum commutationem, c. notarius, de prohibita feudi alien. in vsu. feudo. cum simal. que glo. ad tit. in §. 1. de mut. stipul. in verb. commercium, Facit rubri de commer. & merca. C. l. 3. quæ res vendi possint, C. l. 1. que res exportari nequeant, C. l. 2. C. de eunuchis,* dicimus, quibus eget humana vita, *l. 2. de nudandis, in P. Plato, 2. de repu.* Natura ipsa primū hominis, egentibus misereri iussit, cum ea sit vinculum omnibus commune, *l. ut om. de insti. & iure P. animal que homo sit sociale, & interficit hominis, hominem affici beneficio, l. seruus ea lege, de*

de seruus exportan. cumque omnes essent eadem necessitatis lege constructi, ut alter alterius ope carere non posset omnino. ¶ Et, ꝑ me mea fallit opinio, arbitror primum modum transferendi res, post diuisionem, a liberalitate processisse, & donationem fuisse, *c. 1. de emt. ap. Greg. at vtendi modum, sine translatione domini, cum fide restitutionis, fuisse mutuum & commodatum.* Potuit autem liberalitas, & donatio inter viros probos sufficere cum mutuo: eo quod gratia gratiam generat, & qui beneficium suscipit, si improbus omnino non sit, natura impellatur beneficium rependere danti, *l. sed est, §. consuluit, de petri. hered. in P.* Vnde Caius speciem lucri dixit esse, ex alieno largiri, & eo modo beneficii debitorē sibi acquirere, *l. si pignore. 57. de iur. lib. 47. tit. 1.* ¶ Ideo ꝑ legitimis antiquitus, primum genus commerciorum fuisse Commutationem: in qua potius habebatur ratio gratitudinis beneficii suscepti, quam valoris rei. Quod Aristoteles indicat de contractibus agens, *Conseruatur, inquit, §. Ethicorum, ad Nicomach. re publica commutatione: ideo gratiarum exempla in medijs vrbibus construis solent, ut mutua sit retributio: hoc enim gratiarum propriū est, ut is qui beneficium accipit, vicissim aliquid reddat.* Cum autem illa commutatio non esset semper expedita, neque omnes pari animo inter se essent, & quia cum extraneis, cum quibus conuictus non erat, esset agendum, & ab illis res nobis necessariae essent exportandæ, neque illi facile concederent, & commutatione nostrarum rerum non egerent, vsus & necessitas viam conuentionum inuenerunt, *l. ex hoc iure, de insti. & iur. P. §. ius autem gentium, de iure natura.* legesque tunc aliquas, & subinde alias, gentes constituerunt pro facili commercio. ¶ Accessit ꝑ & tandem pretium, id est, electa quædam materia publica auctoritate, & signata, quæ, vt per symbola, consensu res vicissim æstimarentur, loco commutationis rerum aliarum, quæ in permutationis nomine postea propria fuit conuentio, *l. de emt. in P. l. 1. de rer. permuta. P.* Cum istis simul, crescente habendi cupiditate, & laxatis rationis firmiter, & malitia hominum & dolis grassantibus, leges conuenientis & formulæ, dehinc & repagula conuentionum firmata sunt, ne veritis artibus domini rebus suis spoliarentur, vt ex sequentibus apparebit.

Quid Conuentio, Pactumve, & qua methodo, & ordine ad obligationem fiat transitus.

Cap. 2.

- 1 Conuentionis nomen generale est.
- 2 Voluntas fundamentum vnum primum conuentionum cum preterite.
- 3 Voluntas conuicti conuentiones reprobatur, ut metus & vis.
- 4 Error, vt aduersarius voluntati libera, conuentiones vitiat, & quare.
- 5 Dolus vel deceptio, aduersarius voluntati.
- 6 Bona fides aliud contractuum fundamentum.
- 7 Potestas debet adesse contrahendi cum voluntate.
- 8 Conuentionis duæ species, contractus & transactio.
- 9 Fidei firmitur conuentiones, & fidei laus.
- 10 Fidem frangere graue.
- 11 Fides seruanda ob religionem, ut vitetur mendacium.
- 12 Fidei seruanda cura apud magistratus: in ea contractum viu.
- 13 Creditor & debitor, dicitur a fide.

Conuentionis ꝑ nomen, inquit Vlpianus, generale est, pertinet ad omnia, de quibus contrahendi transigendive causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum colliguntur & veniunt, sic qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est, in vnam sententiam decurrunt, neque vllus est contractus, nulla obligatio, quæ in se non habeat conuentionem, *l. §. conuentionis, de pact. in P. l. si voluntate, C. de rescinden. vendit.* Oportet enim venire in vnam sententiam, & cōsentire eos, de quorum rebus agitur, priusquam res illorum in aliam potestatem veniant vel sententiam. ¶ Voluntas ꝑ itaque erit fundamentum vnum præcipuum contractuum omnium & pactiorum, quæ tamen ad effectum

etiam producendum, debet habere potestatem conuentionis: cum perfecti omnium actuum inde, velut ex materia & forma, absoluitur, l. *multum interest*, si quis alteri vel sibi, C. *Beatus*, in *Topic.* Velle legitimum, seu voluntatem habet legitimam, is qui potest, Velle legitimum, seu voluntatem habet legitimam, is qui potest, *l. si quis de condit. Inst. in P.* & quando voluntas potestati concessa est conformis, l. i. de *codicillis in P.* Quomodo modum contra, potestas desiderat faciam vere voluntatem, id est, quae sit spontanea, sui arbitrii, sine errore, non intercepta vel decepta.

3. Proinde si conuentiones metu & vi coactae, nullius effectus sunt, l. i. *l. si mulier*, §. si dos, quod met. cau. in P. l. si voluntate, de *rescind. vendi*, in P. l. interpositus, de *transact. C.* Qui per vim aliquem sibi obligauit, lege Julia de vi publica tenetur, lexque eam obligationem rescindit, vt scribit Martianus, l. qui coetu, §. ad leg. Jul. de vi public. in P. & rem in integrum restituit, l. metum, §. sed quod ait prator, §. ex hoc edicto, quod met. cau. in P. Vis quippe habet necessitatem adueritiam voluntati & libertati, l. i. & 2. eodem tit. quod met. cau. P. l. si ea res, de *actio. prat. P.* adueritiam quam parum proficit custodia, dicta l. i. & l. metum accipiendum, §. l. metum autem, §. sequent. de *quod met. cau. in P.* Vt & metu, instantis periculi est trepidatio, maioris impetus non lenis timor, & qui de mente possit constantem vitium deturbare, *Harmentop. lib. 1. Promissarius iuris, l. i. de minor. 2. §. ann.* Vm etiam existimat Harmenopolus, & praeter animi sententiam, aetatis fragile & infirmum consilium, quod suae voluntatis adhuc non est ad contractum hortari, l. velle, 4. de *regu. iur. in P.* Vt & velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vt in l. si mulier, §. penul. de *quod met. cau. in P.* in l. si patre cogente, de *rit. nupt. P.* l. cum proponas, C. de *heredi. instit. vend.* Et si voluntas dicatur horum: tamen non absolute, sed cum additamento voluntas coacta dicenda est, *l. non videtur de libera. cau. in P.*

4. Voluntas si quoque fieri non videtur, quod ignoranter geritur, vel sit, l. ut in l. 2. de *iudic. in P.* l. si per errorem, de *iurisdict. omnium iud. in P.* nec videtur consentire, qui erant, l. se a hoc ita, 20. de *aqua pluuiarum arcend. lib. 39. P. tit. 3.* nec voluntas accedere dicitur, ubi error, l. si procurator meus, §. de *acquiren. rerum domi. lib. 41. P. tit. 1.* neque errando res suas tradens, eas amittit, *Arzo, in summa tituli de iuris & facti ignorant.* Errare secundum Azonem est, aliud pro alio putare, *l. non omnis numeratio, de reb. cred. in P.* Idcirco actus erroris effectum non fertur, cum ultra voluntate agentis & intentionem non sit potestatis, qui cum tutoribus, §. 1. de *transact. in P.* l. obligationum substantia, de *act. in P.* nec extra cogitata extendendi, l. in *venditionibus*, §. de *contrahen. emtio. lib. 18. P. tit. 1.* in *quod tamen*, 14. eod. tit. P. & l. si id quod aurum, 22. de *verbor. oblig. potissimum*, si qui conueniunt erent in corpore, vel intellectu, vel in substantialibus conuentionis, qua de agitur, l. §. eleganter, de *dolo in P.* l. iuris gentium, §. dolo malo, de *pass. in P.* & l. si glute l. si dolo, C. de *rescind. vend. dolo vel metu, de mut. stipul. C. l. si quis cum alter*, 36. de *verbor. oblig.*

5. Proxime si errori accedit, decepta dolo alterius voluntas, quae cum plane libera non dicatur vel integra, sed corrupta, & quodammodo fascinata, excludit conuentionis effectum: vt si dolo dederit causam conuentioni bonae fidei, corrumpit ipso iure; si autem ea sit stricti iuris, actione, vel exceptione de dolo rescindatur, l. si posteaquam, C. de *pass.* si modo deceptus velit ab hac conuentione abire, non vitique si decipiens & dolosus, proposito a se dolo, vel iteo praetextu resilire, l. an *transactio finita*, C. de *transact. l. cum proficitur, C. de renouan. don. C. l. filios, de renouan. his que in fraud. creditor. C. l. venditor, C. de reb. alien. non alien. cum similibus*, namis non admittitur, vt pote propria turpitudinem allegans, l. bona fides, §. 1. de *post. lib. 16. P. tit. 3.* l. bona fides, C. de *act. bona fides* namq; in omnibus conuentionibus altam basin & fundamentum facit, & in omnibus, quae legitime dici mereantur, exigimus, l. legitima, de *pass. in P.* Potestatis etiam conueniendi non minus, quam voluntas illa libera inspicenda est, quae vno verbo, legitima erit, si legibus non repugnet, l. sancimus, de *agricol. & cens. lib. 11. C. l. non dubium*, C. de *legi. alioquin conuentiones factae lege contrahere prohibente pro infectis habentur, vt l. si voluntate, de *rescind. vend. C.* quomodo autem prohibeantur, & quibus, suo loco postea dicemus Deo iuuante. Ex plurium, vel duorum voluntate fit consensus.*

7. Porro si in consensu voluntario subnixo lege, vel contrahitur, id est, restringitur prior voluntas, d. l. i. §. conuentionis, de *pass. in P.* vel omnino a voluntate, quae prior erat, per aliquem conuenientium receditur. Vnde duo genera prima conuentionum, nempe contractus, & transactio, l. i. §. pactum, de *pass. P. l. 3. de pot.*

licita P. generaliter nomine transactionis usurpato. Quando autem ab utroque conuenientium voluntas decreta & determinata, seu in certo certive mutuo consentiens est, tunc firmatur recepto promissione, quae pactum postea dicitur, a pango pepigi, firmo figoq; Si pactum dicitur, duorum pluriumve in idem placitum, & contentus: vel vt Haloander legit, placitum consensus, d. l. 3. de *pollic. P.* distinctum a pollicitatione, quae est vnus tantum promissio, l. sciendum tamen, 19. de *adil. edict. lib. 21. P. tit. 1.* Neq; per consequens omne dictum vel promissum, pactum est. Nam dictum, vt ait Vlpianus, accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est, nudoq; sermone finitur: promissum autem potest referri ad nudam promissionem, seu pollicitationem, siue ipsiorem; l. verba contraxerunt, de *verbor. sign. in P.* Quare nec verba, contraxerunt, pertinent ad promissiones seu dispositiones testamentarias: quia testamentaria promissio, non habet fixam, vel pactam voluntatem, sed ambulatoriam & mutabilem, vsq; ad periodum vitae vltimam, l. 4. de *adimen. lega. in P.* l. si quis in principio, de *lega. 3.* nec firmam, nisi morte intercedente, c. cum *Martha, de celebra. missa.* Modus praecipuus pangendi & firmadi conuentiones est, datio & receptio fidei, quae vtrinq; datur & accipitur seu interponitur, quae vniam facit sententiam inuolabilem, & indissolubilem, & ex praecipuis duabus aut plaribus voluntatibus, vnā conuenientibus, commune: non secus, quam voluntas duorum dominorum miscentium materias, commune totum corpus efficit, siue illa vnus generis sint, siue alterius, vel materiae, l. adeo, §. voluntas, de *acquiren. rer. domi. P.* Proinde libertas, quae erat contrahendi vel non contrahendi in initio, fide data & accepta in conuentione, transit in necessitatem, vt eam implere oporteat, l. in *commodato*, §. sicut, *commoda in P. l. sicut, de actio. C.* Ita fidem contractus impleri debere, & quom esse responsum est, l. sed & addes, 21. §. *siua. loca. lib. 19. P. tit. 2.* & placita seruanda, l. non *minorem, C. de transact. l. i. de pac. in P. l. 4. §. 1. de seruitu. l. iuris gentium*, §. prator ait, de *exact. P. l. 4. §. sed etsi minor, de mansuissio. lib. 40. P. tit. 1.* Sic Constant. Arca. & Honor. CCC. quamuis improbant ea, quae sub tyrannide facta essent; non tamen euertere eas voluerunt pactones & negotia, quae priuati sponte fecissent, leg. 2. §. *leg. valeat, de infirmis qua sub tyrannide vel barbaris facta sunt*, libro decimoquinto, C. *Theodosiani, tit. 14.* Cum Anacharis Solonis studium circa leges componendas irritasset, nempe quod ridiculam putaret, velle iniurias ciuium, ac cupiditates hteris coercere, quae nihil ab araneorum telis differret, quae sicut illae paruas & non magnas muscas, sic illae debiles tantum, & imbecilles detinerent, a potentioribus autem & locupletioribus rumpentur: respondit Solon, conuentiones tamen ac pacta homines seruare solere, quae transgredirex contrahentibus nemini cōducatur, *Plutarchus, in vita Solonis.* Isocrates admonet, vt in malis rescindi oportet fidem, ita in bonis seruandam esse, *Isocra. ora. 1.* A Cicerone pactum, quod inter aliquos conuenit, tam iustum putatur, vt & iuri praestare dicatur, *Cicero 2. de Inuent.* Terentius impudentissimam orationem exitimat eorum, qui fidem negant, *Attamen*, inquit, *ubi est fides, si roges nihil pudet, in Andria. Terentius, act. 4. scena 1.* Plato fidem firmitatem, veram sinceritatem, veram philosophiam dicit esse, *Plato epistola 10. Aristotelo. 10.* Valerius Maximus, tantum venerationis fidei viribus debere existimas, quantum ceremonis immortalium deorum, *Illis enim*, inquit, *publica salus, his priuata continentur.* atque vt illarum ades sacra domicilia, ita harum, fida hominum peccata, quasi quodam sancto spiritu, referta templa sunt, *Valer. Maximus, lib. 4. c. 7. de Pybia & Damone agit.* Et rursum, venerabile fides numen, dextram suam, certissimum humane salutis pignus ostentat, *Idem Valer. Max. in princ. sexti libri.* Neque, auctore M. Tullio Cicerone, 2. *Officio, aliquid vehementius tempus vominet, quam fides, quae esse nulla potest, nisi feru necessaria solutio rerum creditarum.* Fidem & Mentem dedicauit in Capitolio, M. Aemilius Scaurus. Aute autem consecrauit Fidei templum, Atilius Calatinus, *Cicero, 2. de Diuinitio.* Et praesens quoque praecedentibus temporibus, Fidei templum publice laeratum, vt seruanda & veneranda fidem homines discerent, *Dionysius Halicar. in 2. §. Perfidiosum & nefarium fidem frangere, Cicero, pro Q. Ra. 9. b. 10.* & qui fidem violat, oppugnat omnium commune praesidium, *Cicero pro S. R. scia.* Fides namq; iustitiae fundamentum: quia ea dictorum conuenientumque constantia & veritas; credamusque, quia fiat quod dictum est, dictam esse fidem, *Cicero, 1. Offic. & epistolarum familiarium, lib. 16. epistola 406.* Fides firma opinio, *Cicero, in Part. orator.* fides inquam iustitia in rebus creditis, *idem Cice. in Parado.* Si enim fides data contemnitur, nihil aliud

solvitur esto, & memento nulli fidere. Quod exemplis illustrat exime Dion Pealzus, proprio sermone, nec nisi dicitur. Nulquam enim tuta fides, Virgilius, 4. Enneid. Nec findendum filiis hominum, canit David, Psal. 145. vide plura de his, lib. nostrarum Syn-taxicon 39. c. 16.

Et Tarda solet magnis fides inesse rebus. Ovid epist. 16. Helene. Nam rata fides ubi iam melior fortuna ruit. &c.

Quamobrem operæpretium fuit, obuiam iri machinis & fraudibus hominum, & iniici vinculum aliquod auctoritate publica placitis non tamen omnibus, sed aliquibus. Hincque manarunt, a diversa videlicet statuendum qualitate, diversæ obligationum appellaciones, naturalibus admittis, approbatis, iuuatis. Ideo constituimus in conventionibus iustis & pactis omnibus, obligationem inesse naturalem. ¶ Omnis tenim promissio, quæ iniqua non est, habet vinculum naturale, quod iubeat ex solui promissum, naturale videlicet æquitatem, Seneca, in tragœdia Herculis Oetei. Nec naturales obligationes eo solo æstimantur, quæ iniqua non est, eo nomine competat, verum etiam eo quod soluta pecunia repeti non possit, l. i. de pact. in P. non minorem, de transact. Et is natura debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus, l. naturales, 9. de action. in P. lib. 44. tit. 7. l. heres a debitor, §. sermo, & l. fideiussor obligari, 17. §. fideiussor accipi, de fideiuss. in P. Ceterum latius naturalis obligatio patet, quam pacti tractatio. Obligaciones naturales, aliquando solum vinculum naturale habent, id est, alio vinculo & iure non iuuantur, & tunc ab solute naturalis dicuntur: interdum aliud accipiunt vinculum vel iuris gentium, vel alterius. Simplex naturalis obligatio est, qua ad antidoron, seu retributionem beneficiorum acceptorum, tenemur, l. cum amplius, 85. §. fin. de regu. iur. in P. Et hæc sine factio expresse nascitur.

Alia naturalis ex pacto vel promissione, ea iure gentium quoque habens approbationem, dum accedit aliud vinculum fidei depaet. Et, vt diximus, nihil magis æquitate conueniens visum est, quæ ea, quæ inter aliquos placuerint seruari, l. sed est si lege, §. consilium, de petit. hered. P. l. Avilius, de donat. in P. l. si ignore, de ser. in P. Et pacti iustis naturalibus obligationibus etiam sine alio iuris ciuilibus administrato, receptum est, vt etiam vinculo solo æquitas sustineantur, & contracta æquitas solutione tollantur, l. i. de pact. in P. l. fratris, l. non minorem, C. de transact. cum similibus. Has ciuilibus ratio non impedit, quin nascantur: quæuis ea aliqua de causa illis non suffragetur, l. Sychum aut Pamphilum, 95. §. naturalis, de solutio. lib. 46. §. i. tit. 3. Sic serui naturaliter obligantur, & sibi alios obligant ex contractu; iure ciuili nequaquam, paucis exceptis, vt in l. frater a fratre, de condit. indeb. in P. Non tollit etiam naturales ciuilibus ratio, l. serui ex delictis, 13. vbi glo. de actio. in P. sed impedit ne ex illis

7 agatur interdum. ¶ Hanc ¶ naturalem obligationem ex nudo pacto fuerit diuinum, & velut contra probatorem morum Christianæ religionis, in fida promissione arguitur. Et D. Paulus, l. eius, de capit. dimittitur, in P. §. fin. de iure natur. §. fin. de legitima tutela apud Iulian. de iur. iud. id est, pacta non seruantes, annuntiat inter capitaliter delinquentes: & iuris pontificis interpretat, inter mortali peccato obnoxios, D. Paul. ad Roma. cap. i. cum etiam iure pontificio ex pacto si se nudo, siue iniurato, detur actio, gl. in c. i. de pact. Et proinde hodie ex bono & æquo summasque potestate curiarum pro huiusmodi pacto iudicatur: eum ad harenam sit sanctiõnis ecclesiasticis, potissimum vbi de periculo animæ agitur, c. i. §. 3. de pact. apud Gregor. Et placuit aliquando etiam Modestino Iurifconsultum admodum consentum sufficere obligationi, c. i. §. 2. de oper. noui nuntio. cum similibus.

¶ Ciuilibus ¶ obligatio tantum, ea est, quæ a iure ciuili habet vim & vinculum præter naturale æquitatem: vt in literarum obligatione accidit, Modest. in l. obligamur, §. i. vers. penult. de actio. P. & aliis iure ciuili inductis, l. in contractibus, C. de non numer. pec. §. i. de literarum oblig. qualis legis Aquilia, §. omnium, de obligat. ap. Iust. de pauperie, §. i. ad leg. Aquil. ap. Iust. furti non manifesti, l. si quadrup. pau. ex feci. dicit. P. &c. Aliæ species ciuilibus obligationis sunt, naturales iure ciuili approbatæ, §. sunt autem, de noxal. actio. in P. & prætorie, quia ius honorarium pars iuris ciuilibus est, §. ius autem gentium, de iur. nat. lex hoc iure, de iust. & iur. Sæpius ¶ obligatio ex ciuili & naturali vinculo composita est. & mixta, quando firmatur fides, & naturali & ciuili iustitia, l. prætorum, de iure natur. l. ius autem, §. prætorium, de iust. & iur. P. cuiusmodi sunt fere omnes contractus nominati, Modest. in l. scire oportet, §. consequens, vers. sufficit, de excusato. lib. 27. P. tit. 1. Concurruntque hæc duæ obligationes in vna conuentione, in eodem intervallo vt plerumque, sed non simul semper tolluntur: veluti, quando reus succedit fideiussori,

tollitur quidem fideiussoria ciuilibus, remanet tamen principalis & naturalis, l. iurifgentium, de pact. P. lex hoc iure, de iust. & iur. l. heres a debitor, 22. §. quod si hic seruum, de fideiuss. in P. Accedit aliquando ciuile vinculum & ciuilibus obligatio naturali iam natæ: veluti, si quis mutuo dederit pupillo sine tutoris auctoritate, nulla nascitur ciuilibus, sed tantum naturalis obligatio, l. pupillus, de condit. indeb. P. l. i. & l. obligari, de auctorita. iuro. in P. §. i. eod. tit. ap. Iust. in verum si postea creditor pupillo succedat, ad eundem eodem credito re in totum hereditatem, iure solutionis cedit ei hereditas, non solum in quantum pupillus ex mutuo factus est locupletior secundum ius commune, sed in solutum ex hereditate eius retinet debitum, & ita inanis antea obligatio, quod vinculum ciuile non adesset, aditione firmatur. Sicuti & mulier, quæ intercedens pro alio non obligatur ciuilibus ob beneficiu Velleiani, tamê dum succedit, pro eo, pro quo intercessit, teneat creditori. Quæ duo exempla nos docuit Paulus, in l. Sychum aut Pamphilum, §. additio, de fideiussor. in P. ¶ Iuris ¶ ciuilibus auxilia & præsidia conuentionibus addita, nihil aliud sunt, quam perfidorum hominum leges, & malitiæ humane certissima testimonia, dum contrahentes adiungunt ad fidem seruandam, & restandam, quam natura & sponte colere oportuit. Quæ de re sic Seneca lib. 3. de beneficiis, conqueritur: Vitium, inquit, nulla stipulatio emorem venditori obligaret, nec pacta conuentus, impressis signis custodirentur: fides potius illa seruaret, & æquum colens animus. Sed necessaria optinuit præuulerunt, & cogere fidem, quam spectat in alium. Adhibentur ab utraq. parte testes, ille per tabulas plurimè nomina interpositis parariis facit: ille non est interrogatio conuentus, nisi rem manu sua tenuit, o turpem humani generis & fraudis ac nequitia publica confessionem: anulus nostris plus, quam animis nostris creditur, &c.

¶ Ex iure honorario nascuntur obligationes prætorie: sic enim Iulianus, in §. omnium autem, de obligatio. in Instituto. iur. ciuili. obligamur, §. i. de act. in P. omnium obligationum summam constituit, diuisionem in duo genera deducens, vt primum sint aut ciuiles, aut prætorie. Ciuiles sint, quæ legibus sunt constitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ: prætorie, quæ prætor ex sua iurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur. Sunt stipulationes prætorie, l. tot. tit. de prætoris stipul. quas multis rebus humanarum actionibus, & iudiciis adhibuit, & actiones forenses suis vinculis firmavit: vnde & nascuntur obligationes prætorie. Porro in obligationibus, quæ iure ciuili vel prætorio firmantur, Papiniani regula sequenda, obligationes quæ propriis viribus non consistunt, nec officio iudicis, neque prætoris imperio, neque legis potestate confirmari, l. obligationes, 26. de act. in P. Obligari nos etiam iure honorario Modestinus ait, ex his, quæ edicto perpetuo vel magistratus, fieri præcipiuntur, vel fieri prohibentur, l. obligamur, aut re. §. i.

¶ Et ¶ istæ diuisiones obligationis, ad pactiones & conuentiones pertinent, & distinguuntur ab illis, quæ aliunde quam ex pacto, vel contractu nascuntur, de quib. in l. obligamur, §. i. de act. item a fictis & imaginariis contractibus, in quibus fides facti simulatur, non intercedente veritate, quæ vinculum iuris non obtinent, l. contractus, §. 3. de actio. in P. l. quod autem, §. l. si vxor, tot. tit. plus valere quod agit. C. Sunt rursum & diuersæ pactioium obligationes ratione conceptionis, aut causæ: aut enim diem habent, aut modum, aut conditionem, aut accessionem, l. obligationum fere, 43. de actio. vbi hæc explanantur, §. omnis stipulatio, cum §. §. de verb. obl. Et conditio, aut possibilis, aut impossibilis, aut potestativa; aut præ sunt, quæ his carent. Subinde & istæ omnes, vel principales, vt emptio, venditio, locatio, &c. aut accessoria, vt fideiussio, &c. Est & quedam obligatio, quæ ab initio pura est, & tamen resolutur sub conditione: vt pactum de in diem additione, l. 2. de in diem additio lib. 18. P. tit. 2. & legis commissoria, l. 1. de lege commissor. lib. 18. P. tit. 3.

¶ Rati- ¶ ne ¶ quoque originis a rebus vnde ascendunt, vel quibus accedunt vincula iuris, obligationes generaliter distinguuntur. Nam aliæ descendunt a contractibus, in l. i. de actio. P. §. pen. de oblig. apud Iust. in nominatis, id est, qui certum nomen habent, de quibus in l. iurifgentium, de pact. in P. vel ab innominatis, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, de quibus per totam, l. naturalis, de præscri. verb. in P. Aliæ ex facto alicuius natæ sunt, vt ex quasi contractu, tit. de obliga. que ex quas. contract. nascunt. ex delictis, tit. de obliga. que ex delicto nascunt. lex maleficis, de actio. P. l. i. eod. & quasi delictis, tit. de obliga. que ex quasi delict. nascunt. Rursum vinculum iniiciunt, certis & definitis modis concurrentibus, vel obligant nos & hæc, res, verba, separatum aut simul, lex, ius, honorarium, necessitas, factum, nudus consensus, & nutus, apud

8 ¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶

¶



§ Sacram. de verb. oblig. c. 1. de pignor. c. nulli. Et si quis presbyter, de reb. eccl. non alien. l. ubi mos, cum sequentibus. authent. de sacrosan. eccl. c. 1. sancimus, eod. tit. cum similib. & quæ nullius dicuntur. l. quod nullus. 14. §. de regul. iur. P. Generaliter quæ natura, vel gentium ius, vel leges ciuitatis, commercio exemerunt, alienari nequeant. Paul. l. si in emtione, 34. §. omnium, de contraben. emtio. P. Et quoties pactum a iure communi remotum est, seruari non oportet, quamuis illi iurandum accedat. l. non dubium, C. de legib. l. iuramentum, §. penult. de pact. in P. l. si quis inquilinos, 115. §. si de lega. 1. P. Atque ea, quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecandiam nostram, & vt generaliter dixerim, quæ contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est, vt ait Papi- nianus in l. filius qui in potestate. l. §. de conditio. Instiutus. lib. 1. 28. P. tit. 7. Mores autem, vt vari regionum sunt, & alii aliis probati: ita & pro ratione locorum, & legum, & morum eorundem, exami- nandi contractus, habita ratione temporum, quibus quandoque quid prohibetur, quod aliquando permittitur, & contra. Vt apud Loccos aliquando lege cautum, ne quis patrimonium suum alie- nare possit, nisi euidentem ostenderit calamitatem superuenisse: præterea, vt inique hereditas conferreantur. Quod de- hinc sublatam apud Leucadas, valde populatam eorum ciuitatem effecit. auctor Aristoteles lib. 2. Politic. c. 5. ¶ Inhibet etiam ius a- lienas res, inuitis dominis, in conuentiones deducere in præiudicium dominorum, l. fin. §. si. C. de pact. l. 2. §. sed dominorum. de his qui sunt sui vel alieni iur. Plato, 11. de legib. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. l. alienarum, de verbo. sign. l. r. aditio, de acquir. rer. dom. P. et- hinc in præiudicium contrahentium perperam, conuentiones de rebus alienis agendi præbeant aliquam occasionem, l. p. in l. rem alienam, 18. de contrab. emt. in P. nisi lex ius hoc permittat sin- gulari ex causa in rebus alienis: velati dum concedant creditoribus, vt seruatis solemnibus possint res alienas, debitorum videlicet, quæ & quodammodo illorum sunt ob nexum debiti distra- here, l. si. de iur. dom. impetrat. C. contra. quib. alienare licet vel non. Sic & procurator, qui aliena negotia mandato domini admi- nistrat, recte de reb. alienis domini pacificatur: ite magister socie- tatis, tutor, & curator, l. re scriptum cum 4. legib. sequen. de pact. P. cum similib. ibi nota. & iudex ratione officii dominia in alios tran- ferta dominis, §. fin. de offic. iudic. potest ipsum, & auctoritate propria princeps, l. bene a Zenone, de quadrien. prescrip. l. Lucius, de emt. in P. l. ita verborum, §. 1. de rei. v. m. P. quia in eius manu, do- miniorum dicuntur esse distributiones, l. e. quo iure defendis villas, 8. d. l. de precatio. ad legem Rhod. de iact. P.

De Personis, a quibus concipi, & perfici possint legitimæ conuentiones.

C A P. 5.

- 1 Omnes domini rerum idonei ad contrahendum: nisi specialiter prohibeantur natura, homine, lege & moribus.
- 2 Natura prohibiti contrahere, vt furiosi perpetuo, nisi re obli- gentur.
- 3 Item pupillus, & quomodo, vel quando.
- 4 Pubes recte pacisci potest, sed restituitur.
- 5 Alius contractus, consensu, non voce egentes, peragit.
- 6 Surdus consensu contrahit: non si qua obligationes audium exi- gant.
- 7 Et de prohibitione ab homine.
- 8 De prohibitione contrahendi lege, & moribus facta, minoribus.
- 9 Prodigia.
- 10 Filii familias mulieribus.
- 11 Senis quando.
- 12 Quibus prohibentur contractus ratione officii, magistratibus, & nobiles.
- 13 Prohibito donationis inter coniuges, & alia genera conuentionis subiecta.
- 14 Prohibentur: & rescinduntur lege, inconsulta conuentiones.
- 15 Et que sine causa sunt, eas lex nullas dicit quando, & quales.

¶ Sicut et diuersitas rerum, ita & diuersitas personarum varieta- tem inducit, l. iurandum, quod ad pecunias, 34. §. ait prator, vt sanon semper, de iure iur. in P. conuentionibus: illæ materiam, istæ agens considerant. Et regulari quidem iure placuit, vt in re- bus aut diximus, omnes rerum iuratum, & consilii sui esse libe- ros dominos. Et ita omnes erunt quoque in agendo sui arbitrii, ratione libertatis, quæ agere quæ velis permittit. Verum his ad- dere quoque expedit, nisi si quid agere vi, vel iure prohibeantur.

Libertas, de stat. hom. P. Omnes namq; idonei præsumuntur, nisi speciali nota facultas intercipiatur. Itaque negotium istius tracta- tionis expedietur, ex prohibitionis contrahendi distinctione. Nā quidam ab omnibus patrandis pactis omnino, & semper atten- tur: quidam a certis & semper, vel aliquo tempore: & quidam ab omnibus, sed tatum aliquo tempore, non semper subiuuentur. Atque prohibitio, vel a natura, vel ab homine, vel a lege, & mori- bus pender. ¶ Natura remouentur a pactis omnibus, quæ con- sensum expressum, & animi iudicium desiderant, Furiosi perpetuo, qui consensu destituuntur, l. in negotiis contrahendis. l. ubi non voce. §. fin. de reg. iur. l. 1. §. furiosum de act. in P. l. qui ad certum, 15. locat. P. & voluntate, absentisque loco sunt, l. furiosi, de reg. iur. quamuis aliquando ex præsumptione & verisimili causa, dicatur videri consentire. vt in l. 2. §. voluntate, sol. matrim. in P. Quod & furioso, & pupillo, in obligatione, quæ ratione rei, & ob vilitatem rerum illorum contrahitur, consraue erit. l. si a furioso, 23. & l. furioso, de actio. in P. Quod ad res potius, quam ad personas, re- ferri solent. Quia & furore affectum, dominium rerum suarum esse, leges 12. tab. vetant, Cicer. 3. Tusculan. & persona, & familia eius, ad gentiles peruenit, duximus in personis. & in curatore fu- riosi.

¶ Natura et quoque prohibente, quam dū in infanti ætate est pupillus, nullo modo recte pacificatur, & paciscens nec naturali- ter, nec ciuilliter obligatur. l. pupillus, de actio. in P. l. quod pupillus, de dict. in deb. Quod si proximus sit pubertati, verius est obli- gari eū aliis paciscendo per se naturaliter tantum, nō autem ciu- litem. l. de noua. P. l. 1. §. furiosum, & l. oblig. de act. P. l. Iulian. §. si quis a pupillo, de actio. em. in P. cum tutoris autem auctoritate pactas, & ciuilliter quoque obligatur, §. 1. de auctorita. tut. l. contra iuris re- gul. de pact. in P. At impubes, recte alios contrahendo sibi & ciu- litem, & naturaliter obligat, proxime citius iuris. Et ita hic, dum de eius commodo agitur non valde refert, num doli capax sit: cum tamen in illis, quæ nocere possunt, separemus. l. 1. §. hoc edito, ne vis fiat ei, in P.

¶ Ceterū et Puberes possunt conuenire & pacisci, & obligan- tur sine auctoritate curatorum, l. puberes, de verb. oblig. quamquam deceptis illis non aliter, subueniatur a iure per restitutionem in integrum, l. non omnia, 45. & l. quod si minor, §. non semper, & l. ve- rum, §. sciendum, de minor. 25. annis, in P. ob fragile & infirmum huius ætatis consilium. l. 1. eod. tit. de mino. ¶ Mutus, et natura ali- quarum conuentionum capax est, earum scilicet, quæ sine voce perficiuntur, & ex consensu: at illarum, quæ verba exigunt, inca- pax. l. ubi non voce, de reg. iur. & l. in quibuscumq; de actio. in P. l. 1. §. mutuum, eod. tit. l. 1. de verb. oblig. in P. l. 4. de pact. in P. Possimus nam- que pacisci, non solum voce, & inter presentes: sed etiam inter absentes, per nuntium, per literas, & consensu. l. 2. de pact. in P. l. obligamur aut re, §. fin. de actio. Possunt et nutu perfici obliga- tiones, l. si stipul. vt id fiat, in l. 35. §. fin. de verb. oblig. & nutu con- trahi posse conuentiones, quæ consensu constant, placuit Paulo. l. 1. §. si quis ita, de verb. oblig. in P. Quod tamen in conuentioni- bus, quæ verbis vincuntur, negatur: quia nutus eas non per- ficit.

¶ De et Surdo pari modo ratiocinandum, vt possit ea pacta ini- re, in quibus opus non est auditu, sed intellecta, & consensu, & a perficiendis auditu medio explodatur. l. 1. §. fin. & l. in quibuscumq; de act. in P. Ab homine fit contrahendi personis prohibitio, vel pacto, vel vltima voluntate: vt in superiori cap. annotauimus. I- tem si quis procuratoris potestatem reuocet, & reuocationem in sinuet: nam conuenire procuratorio nomine tunc non potest. l. vero procuratori, §. sed est quis mandauerit, de solut. P. ¶ A et le- ge, & moribus, varie patæ contrahendi prohibitiones, & ex sin- gularibus regionum constitutiombus, vel ex iure communi. In I- talia, vt notat Panormitanus, in q. 2. incip. statuto cond. to, contra- ctus omnes cum minore viginti quæ annor. facti, sine certa solemnitate statuto præscripta, pro nullis ac fictitiis habentur, nec obligant, etsi iurati fuerint. Theodoricus Imperator auctoribus Albini, consulto proinde decreuit antiquis, liberos contractus minores non habere, vt insidiantium laquei frustrarentur, & la- psum ætas lubrica subueniret: obrueretur quippe innocentia, si la- xaretur audacia. Castiod. epist. 35. lib. 4. variat. Et iure ciuili, con- tractus quidē permittuntur minoribus: verum tamen dū de rebus illorum distrahēdis agitur, adiunctæ sunt si. l. e. m. n. t. e. s. sine quib. tuto quis ab illis nō cōparat. totis tit. de præd. i. & aliis reb. mino sine decre. nō alie. C. de reb. eo. qui sub iur. vel cur. sunt in P. possunt in l. magis p. u. o. §. §. nō passim ubi solentur. e. o. i. Prodigia, ppter mores 8

- 13 Vestitur primo, re.
- 14 Verbis 2. & 3. literis.
- 15 4. Confessio.
- 16 5. Cohærentia contractus.
- 17 6. Auctoritate legis.
- 18 7. Iuramento.

Contrahentes, id est, qui conveniunt, formam dant conventionibus, in conventionalibus, de verbor. oblig. in P. & legem, pactis videlicet. *l. iuris gentium, §. idem Marcellus, de pact. in P.* Pacta ea sunt, quæ in conveniendo placuerunt, quæ sequenda sunt, ut lex. l. 1. §. si conveniat, de pos. in P. lib. 16. P. tit. 1. 3. l. 1. legem quam dixisti, C. de pact. l. dicitur legem, de condi. ob. caus. dator. C. Porto ista pacta, vel placita, vel expresse, vel tacite accidunt. Expressum pactum dicitur, quando aliquid palam, aperte, & nominatim, certo consensu, vel verbis, vel literis, vel alio modo fieri, darive cauetur. Sic enim expressim aliquid fit, quando est per declarationem & distinctionem voluntatis, a consensione omni alienam. *Paul. l. qui res suas, §. 8. §. qui stipulatur sibi aut Titio, de solut. lib. 46. P. tit. 3. authent. ex testamento, de colla. C.* Diciturque expressa voluntas, quæ aut ex præcedenti tractatu, & præfationibus colligitur. *l. Titia, 134. §. 1. & l. ita stipulatus, 115. de verb. oblig. in P.* Nec opus est me immorari in exemplis pacti expressi, cum in singulis conventionibus ea sese offerant. De tacitis itaque paulo latius. Tacitum pactum dicitur, quod cum nominatim non fit, inesse tamen negotio, quod agitur, videtur: vel ratione dictorum, vel prævisione legis, quæ id venire debere constituit, vel quod inesse ex rerum natura, aut consuetudine, aut consuetudine, quorum omnium exempla de promito ex Zasio in l. cum quid, si cert. petat. in P. Et ex his consuetudine facta, tacitum habetur pro expresse. *l. semper in stipulationibus 35. de reg. sur. vide Alciat. in l. in conventionibus, de verb. sign.*

Nec tunc piget taciti consensu formulas quasdam iudicere. Et primum, qui reddidit debitori suo cautionem seu instrumentum debiti, convenisse tacite videtur, ne debitum peteret: & proinde de instrumentum securus debitor, recte remissionem petenti obicit, *l. 2. de pact. in P. l. qui chirographum, 57. de legat. 3. e. sane iuncta gl. in verb. reddens, de renuntiati. l. mortis causa capimus, 19. §. Titia, de donat. caus. mort. P.* ut qui donat instrumentum, res eo contentas donasse videtur. *l. 1. C. de don. sicuti si cancellatum chirographum, vel instrumentum debiti fuerit, præfatum solum vel remissum debitorum: nisi creditor contrariam causam docere paratus sit, l. si chirographum, de probat. in P.* Ut non cancellatum, debiti facit probationem, contra quam tamen probatio solutionis recte obicitur. *l. in dicitur, 2. C. de solut. l. consuetudo, C. de non nume. pec. adde qua dicimus in c. 18. in fin.* Nec me remoratur scrupulus glossæ, *gl. in l. 3. de pact. in P.* quod arbitratur in chirographi vel instrumenti redditione, non esse liberationem: quia conventiones ex scriptura non pendeat. *l. contrahitur, de pign. in P.* Nam fateor quidem, scripturam obligationem non perficere in omnibus, *l. non figura, de act. d. l. contrahitur.* verum tamen probationem eius si dem facere conentare oportet. *l. in exercendis, C. de probat.* Et ideo remissa scriptura remissum debitorum censeri: cum in scriptura ius nominum sit.

In quod diuersa causa est scripturæ redditæ, & pignoris redditæ: cum pignore reddito debitori, non censetur remissum debitorum, *l. 3. de pact. in P.* quod in pignore nullum ius demissum constituitur creditori, nec probatio sufficiens debiti. *l. rescriptum, de distract. pign. l. quis sit fugitivus, §. pignori, de adilit. edit. l. pignoris, §. de pignorat. act. C.* Quare redditione pignoris, non solvitur creditor: nam & illud precario reddere debitori potest. *l. certe, 6. de precar. lib. 4. §. P. tit. 5.* Et minus sufficiens debito pignus accipiendo creditor, non sibi præiudicat, quis integrum petat debitum, *Casus in l. creditor qui non idoneum, 28. de reb. cred. in P. l. aduersus, C. de action. l. que situm, de distract. pign. in P. cum similibus.*

Aliud tamen exemplum taciti pacti, vt inuectæ in vrbanam habitationem, tacite sunt obligata pro pensione, etsi deterior sit facta res: idque ex natura contractus locationis. *l. 4. de pact. in P. l. si non in dicitur, §. l. fin. quibus modis pign. vel hypoth. tac. contrah. C. l. 2. §. 4. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrah. in P.* Id ipsum in inuectis in prædium rusticum, quæ sciente domino inuectæ sunt: non in aliis. *l. certi iuris, C. de locat.*

Tertium tamen habet in dotis promissione, cui inest tacitum pactum, si matrimonium sequatur: non aliter. *l. 4. §. 1. de pact. in P. l. stipulationem, de iure dot. in P.*

Quartum, tamen in pacto ne rotum petatur, quo continetur tacitum, ne etiam pars eius petatur. *l. si vnus ex argentariis, 27. §.*

*pen. de pact. in P. §. Quintum, tamen vt ex taciturnitate contrahentium, & per vsum rei locatæ renouata videatur locatio per simile tempus, & eodem quo prius pretio, quibus conuentum in principio locationis fuit, videlicet in rusticis prædiis: at in vrbanis, pro rata temporis, quo supra definitum in prædium locatione tempus habitauerit. *Vipian. in l. item queritur, 14. §. qui impleto, §. l. qui ad certum tempus, 13. loca. in P.**

Sextum tamen in mutuo, ex cuius natura cautum intelligitur, quamuis nihil dictum sit expresse, vt æque bonum & æqualis ponderis, numeri, aut mensuræ reddatur. *l. cum quid, si cert. petat. P.* Facit & quod geritur, tacitum pactum, dum quis in futurum vlturas debiti accipit: videlicet inde per consequentiam deprehensus voluisse, ne intra id tempus sortem suam petat, pro qua vlturas capiat. *l. qui in futurum, 58. de pact. in P. l. 2. de doli except. Habes & alibi alia exempla, in l. de lege, §. fin. de leg. commisi. in P. l. commissoria, C. de pact. inter emtor. & l. fin. §. si de eo quod certo loco aliud, in l. ea lege, 53. loca. P.* quæ prætermitto. Moneo tamen & ea, quæ in præfationibus dicuntur censeri tacite, in sequentibus repetita. *l. 4. §. fina. de pact. P. l. Titia que ex alio, 134. §. 1. de verb. oblig. in P.* Generaliter etiam, in pactis, si non valent eo modo quo aguntur, valent tacita pactione in meliori modo, quo valere possunt: vt si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur. *l. si vnus, §. si acceptilatio, de pact. P.* Pactorum tamen horum, quædam in rem sunt, quædam in personam. In rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam. In personam, quando ne a certa persona, veluti Lucio Titio petam. *l. iuris gentium, 7. §. pactorum, de pact. in P.* In rem dicta pacta, non quod tantum res illis adfit, sed quia verba & consensus paciscentium, rem magis considerant: vt hoc debitum non petam, quæ pactione omnis petitio submouetur, & in perpetuum, vt nec a debitore, nec ab herede eius peti possit. Ut contra fieret, si in personam conciperetur: quia personæ a personam in aliam non porrigitur. *l. qui in futurum, 53. §. si ex altera parte, de pact. P. l. in l. tale pactum, 41. eod. tit. l. quia tale, solut. matrim. in P.* Quia in personam fit, cum consensus, intentio, & verba in ipsa persona, qua de agitur, fundamentum accipit: vt, a te Titio, nihil petam. Proinde interdum pactum est personale ex parte creditoris, & reale, ex parte debitoris: vt, non petam a te, nec ab heredibus tuis, quamdiu vixero. Aliquando personale tantum ex parte debitoris, veluti, neque ego, nec heredes mei a te petemus. Notant & interpretes, iuramentum ex parte iurantis semper esse personale: ex parte autem eius cui iuratur, reale. *Innocent. in c. veritas, de iur. iur.*

Rursum tamen pacta hæc omnia, vel nuda dicuntur, vel non nuda, & inter preteritis vestita. Nudum dicitur pactum, quod non habet causam efficacem, vel auxilium aliud quam simplicis conventionis: vt de, veluti ex infirma conventionem, actio non formatur nec datur, *l. diuisione placitum, 45. de pact. in P. l. legem quam dixisti, §. l. traditionibus, C. de pact.* sed tantum exceptio seu defensio nascitur aduersus eum, qui pactum non tenetur. *l. iuris gentium, §. sed cum nulla, de pact. in P.* Ita dicimus nudum præceptum testatoris, quod causam legitimam non habet, quæ heredem obligare possit, *l. pater filium, 36. §. Julius Agrippa, de lega. 3. lib. 32. P. tit. 1.* nudum ius Quiritium, sine effectu & causa legitima, *l. vnic. de nudo iure Quirit. tollen. C.* nudam rationem donationis, quæ ex simplicis voluntate donantem non ligat. *l. nuda ratio, 26. de donat. lib. 39. P. tit. 5.* Nudum ergo pactum, quod causam non habet, puta, vt locationis, emtionis, pignoris, vel aliarum formarum obligandi, quod ve in se manet, pactum recte simpliciter conuentum dicitur, quod ex legibus non seruatur, sed ex conuentu, vt ait Cicero ad Herenn. *§. in l. pacta conuenta, de contrah. emt. P.* sine aditione: quod nude pacificentes, non præsumantur habuisse deliberatum consensum, sed magis impetu, & leuitate promississe. *iuxta l. sciendum, de adilit. edit. in P.* Ut sine causa dicimus pactum, quod non habet obligationem ciuilem: causam videlicet non habens, quamuis iustam existimet ad obligandam, vt de agi possit, ideoque inefficax est. *l. non dubium, C. de legib.* quia obligatio mater actionis est. *l. licet, §. ea obligatio, de procurat.* Et id obinet iure ciuili; nam supra iam monuimus, diximus supra. c. 3. in naturali obligatione, pacta nuda, & naturali, & diuino, & Pontificio iure seruanda esse, & efficacia ad agendum.

Observare tamen quoque hic etiam in iure ciuili, aliud esse nudum pactum, aliud nudum contractum. Quia nudum pactum remanere existimatur a iure ciuili intra fines obligationis tantum naturalis, sed conventionis simplicis: at cum dicimus nudum contractum, secundum eum contractum, de quo agitur, intelligere debemus, non

cum superioribus, & legitima fiat. Si quidem nouissima pacta, quae se compari cum precedentibus possunt, vel addunt tantum, vel diminunt, incontinenti apposita, non autem priora tollunt. l. in bonafidei, C. de pact. l. pacta conuenta de contrab. emt. in P. Qui potestatem etiam non habent nouando, vel contraria pacta faci-

endo, nihil agunt. l. 3. & l. si quis paciscendo, de pact. C. l. si eo. tit. in P. Nec qui possunt, si nolint, & si secunda pactio non teneat, l. 1. & 2. de nonat. in P. vel si ea iure improbetur. l. iurifigentium, §. sed si fraud. ind. & l. si vnus, §. sed si pactum, de pact. in P.

De Actionibus. Cap. 8.

- 1 Actio vnde differentiag, eius ab actu, qui & actio.
- 2 Actio forensis quid: & quare actio dicta: & quod actiones habebant formulas praescriptas & dictatas, & quomodo.
- 3 Lege agere quid, & quomodo.
- 4 Factos qui euulgauit, & actionum formulas: & conceptionis actionis curiosa, qualis olim obseruatio.
- 5 Conceptio iuris formula causis non prinabat in arbitrariis.
- 6 Substantia hodie actionis formulae curiose: atque autem necessaria retenta & adiecta.
- 7 Quando liceat mutare, vel emendare actionem propositam & semel editam, & quomodo.
- 8 Quomodo standendum in eum qui plus, quam debeat, petit.
- 9 Actionis nomen late patet, & omnes petitiones continet.
- 10 Actionum diuisio in ordinarias & extraordinarias, & quae sint, quidque officium iudicis mercenarium.
- 11 Ordinariam actionum, in ciuiles & pratorias, diuisio, & quae.
- 12, 3. Diuisio actionum in rem, in personam, & mixtas, quid actio, petitio, persecutio, conditio.
- 13 Mixta quae.
- 14, 4. Diuisio in persecutorias rei, poene, & mixtas.
- 15 Penalem subdivisio, in eas quae in duplum, triplum, quadruplum.
- 16 5. Diuisio in directas, contrarias, utiles.
- 17 6. In directas & utiles.
- 18 7. Bonafidei & stricti iuris.
- 19 8. In vniuersales generales, singulares, ratione petitionis, ut & solidi, non solidi.
- 20 9. In nativas, datus seu arbitrarias: & quae illa.
- 21 10. In perpetuas & temporales.
- 22 11. In eas quae ordinariae & subsidiariae, & quae: & quid actio ex contractu, ex facto in factum.
- 23 Diuisio actionum in factum.
- 24 Popularia & priuata interdita quae.

1 CVM obligatio est pactorum origo actionum sit, l. licet, §. ea obligatio, de procur. vel cum ab ea nascuntur, vel cum ex ea, vel ob eam dantur, sicut explicat Accursius, in l. naturales, §. in verb. competat, de praescript. verb. recordari oportet & obligationes aliuande, quam ex conventionibus orti posse, §. fin. de oblig. apud Iustin. l. obligamur, §. 1. de actio. & consequenter, aliunde actiones

quoque pendere, quam ex placitis. Quae ut euoluamus, primum separemus actionem ab actu: quia actus hominum omnes generali nomine actiones dicuntur. Quemadmodum tertia iuris pars, ad actiones pertinere dicitur, id est, ad negotia humana alia ad res: alia ad personas. l. 1. de stat. hom. §. fin. de iur. nat. ubi nimirum strictae actiones interpretatur gl. pro forensib. Actiones autem hic dicuntur, quaedam persequutiones, quae in iudicio fiunt ratione aliquid precedentis causae legitimae, quae actum hunc forensem permittit, vel iubet fieri.

¶ Et, ut cum Iustiano loquar, actio hic est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. §. 1. de actio. l. nihil aliud, §. 1. cod. in l. Ius persequendi, est facultas agendi, vel conueniendi. l. 1. de eo quod certo loc. P. l. 6. §. videamus, de neg. gest. in P. l. pure, §. fin. de do. mal. except. in P. Sciendum est, inquit Theophilus, quae Athenienses Sixas vocabant, eas a Romanis actiones dici. Porro dicitur actiones, eo quod improbos & perfidos ad iudicia agamus. Theoph. §. 1. de action. lib. 4. Inst. tit. 6. Sic Cicero, 3. in Verrem. Scribitur Heracho dica. Et apud Terentium, Si tu illam atigeris secus quam dignum est, dicam tibi impingam grandem. Vlpianus in titulis, actiones formulas vocat: dum ait. Fideicommissa non per formulam peruntur, sicut legata. Vlp. in tit. iur. tit. 25. & 19. S. c. Sueton. Cum libertino cuidam acerbus debitum reposcenti, iniuriarum formulam, quasi calce ab eo impetrat, intendisset. S. c. Sueton. in Vitellio. Erant namque actiones, praescriptae agendi verborum formulae, pro nata ciuilique negotii: ut & Cicero indicat, dum de actione, de dolo agit. Quidam, inquit, Aquilius pro iuberat de dolo malo formulas, Cicero 3. Offic. Refert Pomponius, l. 2. §. fuit autem, de orig. iur. in P. Appium Claudium, qui centimanus appellatus est, vel caecus secundum Ciceronem, 3. Officior. actiones scripsisse primum de viciapionibus. Et Sextum Aelium, librum qui tripartita inscribatur: quoniam in eo, lege duodecim tabularum praeposita, iungebatur interpretatio: dehiuc cetera exebatur legis actio. Pomp. in d. l. 2. §. deinde Sextus Aelius. Atque constituebantur actiones agere volentibus, vel a legum praescriptis, l. 2. §. deinde ex his legibus, de orig. iur. in P. vel a magistratibus, apud quos erat legis actio, l. magistratum. 4. de adop. in P. lib. 1. tit. 7. id est, iudicandi auctoritas: vel a collegio olim tantum Pontificum. d. l. 2. §. omnium tamen, de orig. iur. Cicero. 1. de Orat. & 2. de Legib. Qui autem agendi a magistratu facultatem accepisset, iudicium dictabat, Paulus in l. si feruus depositus, l. 2. §. fin. de nox. action. lib. 9. P. tit. 4. seu actionem, Paulus in l. non distinguemus, §. 37. item si quis, vers. illud, de recept. arbit. lib. 4. P. tit. 8. id est, exponebat qua lege agere vellet, ut ex qua lege & quo iudicio certandum esset, conitaret inter litigantes & iudicem. Inde dicimus editam actionem speciem litis futurae demonstrare, l. 3. de edend. lib. 2. C. tit. 1. cum nemo possit experiri sine aliqua actione. l. quoties, §. idem si temporalem, de administ. iur. in P. l. si pupilli, §. 6. §. fin. de neg. gest. Actio enim pendebat auctoritate, & formula legis, & iudicii eiusdem.

¶ Quamobrem est lege agere dicimus, id est, experiri ex praescripto & definitione iudicii legis: exempla videto confarctata apud Budaeum in l. 4. de adop. Erantque in concipienda actione & tempus, & modus, & formulae, obseruanda: non enim omnibus diebus, sed tantum factis licitum erat iudicia exercere, vel iudici illa tria verba effari, do, dico, addico. ut ait Ouidius de diebus, Fastor. lib. 1.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
Fastus erit per quem, lege licet agi.

¶ Et pauci quondam sciebant, ut ait Cicero, oratio pro Murena, posset lege agi necne: factos enim vulgo non habebant: erantque in magna a Chaldaeis petebantur. Donec inuentus est scriba, Cnexus Flaminus, qui cornicum oculis confixerit, & ab ipsis cautis Iurifconsultis, eorum scientiam compilari. Is Appii Claudii librum de actionibus vulgauerit. Et ut Lilius quoque tradit, lib. 9. ciuile ius positum in penetralibus Pontificum, euulgauit, factoque circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur. Dehinc formulae ita concisae erant & praescriptae iudiciorum, ut oporteret ad amissum actionem componere, ne si caderent formula, syllaba etiam omiffa, & causae, & actione quoque caderent, l. 1. de formulis & imperationib. actio. subla. lib. 2. C. tit. 58. sic Quintilianus, lib. 7. inst. Orator. Est certa, inquit, seruius ad certa verba se adstringendis: idque faciendum in libro Ciceronis de Oratore vetat. M. Antonius. Nam est etiam periculosum, cum si uno etiam verbo est erratum, tota causa cecidisse videamur.

rem suam esse, & petit se dominum declarari, §. sic itaque discretis, de actionib. deinde sibi possessionem restitui. Specialis in rem actio, quæ rei vindicatio est, locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam in his, quæ anima caret: & in his, quæ solo continentur, leg. i. de rei vindic. P. lib. 6. tit. 1. Excipiuntur liberæ personæ, quæ non hac actione, sed interdicitis petuntur, d. l. 1. §. 1. & loca sacra, & religiosa, l. iure, 2. §. 1. eod. quia hæc in commercio hominum non sunt, nec domini singulorum, l. inter stipulantem, §. sacram, de verb. oblig. P. l. 1. §. quod autem, de ver. diti. & competit tantum ei, qui aut iure gentium, aut iure civilis in dominiū acquisiuit. l. in rem, 2. §. de rei vind. P. l. doce ancillam, 9. eod. C. Et ideo recte petit se dominum declarari, l. ex d. uerbo, 33. §. 1. de rei vindic. P. l. sicut, 8. §. sed si queritur, si seruis. vindi. P. & rei possessionem sibi officio iudicis restitui. l. qui restitueret, 68. de rei vind. P. Huic actioni accessit ex auctoritate prætoris Publiciana, quæ competit ei, qui vere dominus quidem rei vindicandæ non est, sed qui iusto titulo, & ad transferendum dominiū idoneo, si a domino rem accepisset, rem habuit, l. 1. 2. §. 4. §. de public. in rem actio. lib. 6. tit. 2. §. l. quæcunque, 15. eod. §. sed si sita, versio. namque, de actio. ap. Iustinian. tribus concurrentibus, vt bona fide emerit, & ei res emta, vel ex alio iusto titulo comparata, fuerit tradita. l. eum qui a furioso, 8. §. si. l. sequent. de publician. in rem actio. Datur & pro seruitutibus patientia constitutis, publiciana. l. si ego, 13. §. 1. de publician. in rem actio. P. Exceptio tamen iusti domini, publicianæ actioni obicitur: quia ideo ea comparata non est, vt res domino auferatur, in l. penult. l. si de publician. in rem actio. in P. Competunt actiones in rem aduersus eum, qui nullo quidem iure nobis obligatus est, sed quia rem, quam nostram esse intendimus, possidet. l. officium, 9. C. l. is qui destinavit, 2. §. de rei vindic. l. vni, de alien. iudic. mutan. caus. fac. l. actionum, 24. de act. P. vel dolo desit possidere. l. si autem, 28. §. 2. de rei vindic. P. Formam vindicandi legito apud Ciceronem pro Murena. Hodie, vt multoties dixi, sub lata formula actionum, sufficit actorem se dominum, vel in publiciana, quasi dominum, libello dicere, & ita rem petere sibi restitui, ad idque cogi aduersarium: vel delictum cum sua causa, habita ratione fructuum, & moræ, & vitulatum eius. l. qui restitueret, de rei vindic. P. Quomodo autem fructus percepti & percipiendi, in restitutione rei considerandi sunt, alibi diximus, l. Julianus, 17. l. prætoris, 20. l. si nautis, 62. de rei vindic. P. l. 5. §. 5. si usus fruct. peti. l. in condemnatione, 134. §. cum verbum, de reg. iur. l. restituere, & l. si de reg. iur. iuxta distinctionem Cæsaris Gordiani, a mala & bona fide sumta. in l. domum, 5. de rei vindic. Cod. fisci, l. si fundum, 17. eo. C. Iuratur & in litem, contra contumaciam non restituentis, l. qui restitueret, de rei vindic. P. l. a possidentibus, eod. tit. C. eiusque habita ratione, fit condemnatio. Sequitur & finis, quem rei vindicatio maxime considerat, nempe restitui, probata intentione vindicantis: ne, inuitis dominis, res penes alios sit, & cuique suum conseruetur intactum, secundum ea, quæ in exordio conuentionum, & in rationibus earum annotauimus. Actio in personam, vt plerumque simpliciter actio dicitur. Ad actionem autem in rem petitio pertinet: persecutio porro, & ad actionem in rem, & in personam referri potest, rei que persequendæ causa. Papinian. in l. actio in personam, 27. de actio. P. Vlpian. in l. pecunia verbum, 178. §. actionis, de verbor. signif. Et actionis etiam aliquando verbo rei persecutio continetur, Paul. l. actionis, 34. de verbor. signif. vt & generalius diximus, actionis nomen omnia in vniuersum actionum genera complecti. l. actionis verbo, 36. de actionib. P. Ad actiones in personam pertinent, conditiones, dicta l. actionum, de actio. P. §. appellamus, eo rit. ap. Iustin. nam olim debitor personaliter obligatus, solebat admoneri, de nuntio die, quo aut soluendum, aut in iudicio illi sistendum, esset. sic condicere de nuntio est, dicto §. appellamus. Condicere, inquit Festus, in §. est dicendo denuntiare. Ideo olim quicquid ab aliquo dandum, vel faciendum exigebatur, illud dicebatur con dicit, ratione obligationis personalis ob quam petebatur: vnde in fure si gulate illud annotatum, vt condictio furtiua in eum competat pro rei subtrahæ repetitione. §. sic itaque discretis, de actio. cum similib. Conditiones itaque plures sunt, de quibus, Deo fauente, quædam libro sequenti, in actione repetitione mutui. Ad actiones in rem referuntur plures: vt quæ pro seruitutibus realibus competunt, confessoria & negatoria. §. æque, de action. l. 2. si seruit. vindic. P. & præiudiciales, de quib. in §. præiudiciales, de acti. que ideo id nomen consecutæ sunt quod priores tractandæ sint, quodque præiudicium

aliis faciant quæstionibus, si in iudicium deducæ sint. l. 1. §. 3. C. de ordine cognit. l. penult. de noxalib. act. in P.

¶ Mixtæ, quæ partim in rem, partim in personam dirigitur, sunt tres insigniores, familie circumsundæ, communi diuidundo, finium regundorum. §. quædam actiones, de action. l. item 2. 1. famuli. circis. in P. l. 4. communi diuid. in P. l. 1. 2. 3. 4. finium regun. in P. Realis obligatio sequitur rei possessorem non personalem. l. final. l. omnes sine cens. & reig. fund. communi. non pos. C. l. si. si de contra. emt. P. Personalis quoque, aliquando in heredes transit, aliquando minime, actiue vel passiuæ. Nam si orta sit ex contractu defuncti vel quasi, in heredem regulariter datur, l. ex contractuibus, & l. ex depositi, de actio. l. ad cau. §. in contract. de reg. iur. ex certis casibus, quos in vtraque glossa annotauit. & heredibus, ut. ut actio. ab heredib. & contra hered. C. at si ex delicto vel priuato, minime, nisi cum defuncto lis contestata, ut. ex delicto de finitorum in quanti. hered. conuen. C. & quatenus ad heredem peruenit. l. uicemus, de eo quod met. cau. in P. ex publico crimine nunquam. l. ex iudiciorum. de accus. in P. cum simit. Obserua tam en ea, in quibus ius pontificium distinet. differentia notantur ab interpretibus in c. si de sepult. ap. Gregorium.

¶ Ex superioribus actionibus, iterum alie dicuntur rei persecutorie, alie pœnæ seu pœnales, alie ex istis mixtæ, §. sequens, de actio. Rei persecutorie illæ dicuntur, reales & personales, quibus tantum exigitur, quod citra pœnam leges in obligationem venire voluerunt: in similibus actionibus dicuntur, l. omnes autem actiones, de actio. pro quibus æstimatio, & id quod interest, accedit. Pœnales illæ sunt, quibus perimus ex delicto, vel aliter obligatum nobis soluere pœnam legibus definitam: & hæc in multis differunt ab actionibus rei persecutoriis, potissimum, si pœnæ sunt, quæ annales sunt, excepta furti actione, §. 1. de perpetuis, & temporaria actio. cum perpetua, rei persecutoria sint. l. in honorariis, de action. Pœnales in heredes non transeunt eius qui tenebatur, & mortuus est ante litis contestationem, l. 1. ex delicto, defuncti. in quanti. hered. teneant. C. l. Iulianus, l. de priuato delicto. in P. cum simit. l. Iulianus autem, 16. de iudic. in P. persecutorie contra l. ex contractuibus, de act. in P. Est & insignis differentia, vt plurius persecutoria vna de re obligatis, vno soluente ceteri liberentur: non ita autem in pœnali. l. 1. de conditio. fur. C. l. fin. de libera. caus. in P. l. item Mela, §. si plures, ad legem Aquil. in P. Mixtæ actiones sunt, cum vna persequimur rem & pœnam: vt in actione vi bonorum raptorum, contigit, §. rei persequende, & §. ex malefactoris, de actio. in P. ¶ Pœnales subdiuidi possunt, §. omnes autem actiones, de actio. 15 in actiones, quæ in duplum, vt l. in furti. 50. de fur. P. §. si de furti, de actio. l. de seruo corrup. & C. triplum, ut l. de plus petito. C. §. arripit, de actio. quadruplum ve, §. quadrupli, de actio. §. si. de furt. competunt, secundum naturam negotii, quod persequimur, & vnde natae sunt: si quidem, vt monuimus, non eandem originem omnes habent, & causam, vel auctoritatem. Et alia diuisione, quædam ex contractu, quædam ex facto, quædam in factum sunt: vt explicat Vlpianus sufficienter. in l. actionum genera, 24. §. actionem autem, de actio. in P. Quo fit, vt etiam ratione originis, quædam infamem, quædam minime. Nam damnatus de crimine publico, infamis perpetuo est: qui autem de priuato, non fit infamis, nisi crimen legibus expresse iustam eam notam habeat, veluti crimen iniuriatum, vi bonorum raptorum, furti, & C. l. infamem, de pub. iudi. in P. 4. §. ait prætor, §. qui lenocinium, & §. sequ. de his qui notant infam. cum simitib. Sic ex dolo in contractu admisso, aliquis infamiam contrahit: & actiones de dolo infamiam irrogant, directa tutelæ, mandati, depositi, pro socio, §. ex quibusdam de pœna temere litigant. apud Iustinianum, l. abletas §. si cum 21. sequ. de his qui nota infam. in P. cum simi. ibi. not. Contraria autem tutelæ, non irrogat infamiam: quia in ea non agitur de perfidia, sed de calculo. l. furti. §. §. penult. de his qui notant infam. in P. Pro socio autem vtrinque infamar: quia singulis ex factis directa competit. dicto §. ex quibusdam, de pœna temere litigant.

¶ Et vt hanc distinctionem facilius capiamus, accedet alia diuisio actionum, in directas, contrarias, & viles. Directæ dicuntur hic, oppositione facta ad contrarias: non prout in alia diuisione, actiones directæ dicuntur, quia opponantur vtilibus. Directæ igitur, vt contrariis oppositæ, sunt quas dominus, vel is cuius res curatur, intendit in eos, qui gerunt vel curant: vt quæ datur locatori contra conductorem, deponenti contra depositarium, Contrariæ autem, quæ dantur curantibus res alienas, aduersus eos, quorum negotium geritur, vt illis repetant, si quid incommodi ex rebus acceperint: qualis datur conductori, contra lo-



canem: & depositatio, contra deponentem, &c. ut suis locis docebitur. Inde habemus titulos, de positi, vel contra, id est, de actione depositi vel contra, mandati vel contra, locati vel contra, & sic de similibus, ubi dictio, contra, significat contrariam, seu mutuatam, seu vicissim datam actionem. Quemadmodum usurpatur apud Terentium, dum ait, in *Adelphis*, *In eo me oblecto solum, ille ut item contra me habeat, facio sedulo*. Vtiles sunt, quae aliis, quam contrahentibus, ex eorum tamen contractu & causa dantur: & ita dici possunt vitiles, directae, si ex causa locantis, deponentis: & vitiles, contrariae si ratione depositarii, vel conductoris competant, ut suis locis apparebit.

¶ Ceterum directae actiones oppositae vitilibus, illae sunt, quae dantur ex verbis legis, vel contractus iociti, alicui: vitiles autem, quae ex mente legis, vel contrahentium competunt, per extensionem: veluti actio, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, per extensionem mentis, pertinet ad alia animalia, non quadrupediae: estque ita vitilis. *l. penult. si quadrupes pauper fecisse dicat. P.* Sic in similibus, aliud exemplum in *l. emtor hereditatis, de heredit. vel a. vend. C.* Porro non multum laborandum est nunc in distinguendis vitilibus a directis. Nam quod ad effectum pertinet, nihil refert vitiliam directam quis agat: cum sublata sit, ut dictum est conceptio formularum actionum. *Paul. in l. actio negotiorum gestorum 49. de negotiis gest. cap. dilecti, de iudic. l. 2. de formul. & imperator. act. subla. C.* Estque constituenda regula, vbi quaeque deficit actio, vel exceptio expressa directae, vitilem esse dandam. *l. quoties, 23. de praescrip. verb. lib. 19. P. tit. 5.*

¶ Annectimus aliam generalem diuisionem actionum: ut aliae sint bonae fidei, aliae stricti iuris. §. *actionum autem de actio. Bonae fidei dicuntur, non quod bona fides in his tantum exigitur, & non in illis, quae stricti iuris sunt: nam nulla actiones, nullaeve obligationes, sine bona fide esse possunt, ut docuimus, l. bonam fidem. C. de actio. l. bona fides, depositi. P. d. ximus supra cap. 2. sed quia in his, quae bonae fidei dicuntur, amplius quippiam petitur, quam in obligatione expressa dictum sit, ex aequitate, videlicet accessiones omnes rerum, exceptis usufructibus, quae non iure actionis nobis debentur, sed officio iudicis, nobis petentibus, mora a debitore facta & cognita. l. 4. Cod. de positi. l. quia tantum dem. de negot. gest. in P.* Facilis autem actionum bonae fidei cognitio est, vitile eius generis sunt, quae a Iustiniano numerantur, in §. *actionum autem, de actio. ceterae omittit, stricti iuris. Ideo autem stricti iuris conuentiones dictae sunt, & earum actiones, quod per eas amplius peti non possit, quam per eas conuentum sit. l. qui quid astringenda, de verb. obl. P.* Nec petantur usufructus, nisi vel specialiter de pacte sint, vel debitor soluere cesserit post litis contestationem, *l. videamus, §. si actionem, de usufr. in P. vel factum promissum sit. l. si quis ab alio, §. si de re iud. C.*

¶ Ratione eius, quod petitur, actiones diuidi possunt etiam, in vniuersales, generales, & singulares. Vniuersalis est, petitio iuris alicuius vniuersi, ut hereditatis petitio, *l. 1. de rei vindic. l. 6. P. titu. 1. l. item videndum, 20. de petitio. heredit. lib. 5. P. titu. 3. familiae erciscenda, actio ex testamento, actio quae datur pro tota hereditate vendita. l. 1. C. de heredit. vel actio. vend.* Huius autem actionis natura, ut in vniuersum proposita, contineat singularium rerum, postea si velimus, petitionem vniuersi, & ad singulas iudicium vniuersalis pertineat petitionis. *l. 1. l. in restituenda, l. de hereditati. l. si. §. si in autem, de petitio. heredit. in P.* Generalis est, quando variæ res sunt in obligatione, tamen generali appellatione, ut administrationis, vel conuentiois, comprehenduntur, vel intelliguntur: quales actiones tutelæ, pro socio omnium bonorum, *Paul. in l. pro socio, libr. 38 pro socio. 17. P. titu. 2. & similes. Specialis, quae petit rem in indiuiduo, quae qualis, quæue ea sit exprimeret: ut in rei vindicatione apparet, in l. 1. de rei vind. & mandati, commodati, depositi actione. tractatur in §. sunt praeterea, de actio. & ibi gloss. iura simil. trad.* Ceterum petimus per actiones, & consequimur: & ideo illae quoque variant, vel solidum, seu integrum eius quod nobis iure actionis debetur, idque ut plerumque vel non solidum, ut dum agimus de repetitione dotis, de peculio, in *l. is qui bonis, de cessi. bonor. vel contra cedentem bonis, ut in §. item si de dote, de action. l. etsiam filios mulieris, & l. maritum, & l. sequent. solut. mar. l. inter eos, de re iudic. P. l. in condemnatione, de re. iur. §. item & si quis cum parente, de actio. cum sim. l. sibi nota, & in aliis similibus, in quibus quis tenetur in quantum facere potest tantum, nec ultra. ut in *l. arbitraria, de eo quod cer. loc. P.**

¶ Dicitur etiam & omnes actiones possunt, vel naturae, vel dativae, seu arbitrariae: natura illa, quae ex obligatione iure civili, vel alio approbata, ex negotio vel contractu nascitur, quae naturam certam iudici exhibet confidendam, & sequendam. At dativa est, quae ex arbitrio iudicis admittitur & aestimatur. in *l. qui restitueret, de rei vindic. in P.* Inter actiones arbitrarias, sunt actiones subsidiariae in factum, tot. *titu. de perpet. & tempor. actio. de quibus paulo post.*

¶ Aduertendum quoque in actionibus, quandiu viuunt: vnde de & alia diuisio, vel aliae perpetuae, aliae temporales dicuntur. §. *autem lex, de non alien. reb. ecclesi. in amb. l. eum de bere, de seruis. verb. pred. in P.* Perpetuae dicuntur, non quod immortales sint, vel quod in perpetuum quis illis agere possit: etenim nihil est hoc modo inter corruptibilia perpetuum, nisi per surrogationem. *l. sicut. 3. de praescrip. 30. vel 40. anno. lib. 7. Cod. titu. 39.* sed perpetuae, quod per seuerum vique ad generalem terminum, & ad tempus, quod longius est praestitutum vitae actionum: quale in personabilibus, trigessimus annus est, *l. cum notissimi, 7. & l. omnes, 4. Cod. de praescrip. 30. vel 40. anno. aube. quas actiones, de sacrosancti. eccle. C. in alius realib. 40. §. 1. de perpet. & temp. actio. lib. 4. Inst. titu. 12.* Solebant tamen antiquitus actiones, quae dabantur ex legibus, ex senatusconsulto, siue ex conflictu actionibus, perpetuo competere: donec sacrae constitutiones tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt. *Paul. in l. si mulier 21. §. 1. de eo quod met. caus. Ita antea dicebatur, Quod meus causa gestum erit nullo tempore, vel modo, prator habebit ratum in bonorariis, 24. de actio. in P. §. 1. de perpet. & tempor. actio. Temporales actiones sunt, quae breuius tempus, quam triginta, vel 40. annorum habent vitae: ut olim annales erant praetoriarum, non conuicti, de iniur. C. & ciuilibus iniuriarum, l. vnic. §. si de ann. excep. Cod. Causa, l. annus vitis. 6. de calumniator. l. 3. P. titu. 6. aliaeque, quarum definita sunt tempora, de quibus Deo fauente in vincipionibus, quae numerantur a tempore, quo competere incipiunt, & quo experiri licet. *l. in causa. in 2. de mmor. in P.**

¶ Et ut postremam addamus diuisionibus actionum manum, quaedam ordinarias & praecipuas dicimus, quasdam subsidiarias porro dicimus, datas quae nulla aliae dari possunt ordinario iure: nam si quae dari possunt, ad has non perueniunt, *l. 1. Cod. de dolo. l. falsus creditor, 44. §. si quis nihil in persona, de fur. in P. l. 1. in princip. & §. non fuit autem, de dolo. in P.* Inter subsidiarias, quae alius deficientibus tantum dantur, connumerantur, actio de dolo, *Paul. in l. 1. de condit. ex lege lib. 13. P. tit. 1. conditio ex lege, dist. l. in causa, 2. de minor. 25. ann. restitutio in integrum, l. omnimodo de inoffic. testa. Cod. in officio querela, officium iudicis nobile, l. municipio 12. ut in possessio. lega. in P. lib. 36. titu. 4. l. si cum dotem, 23. §. eo autem tempore, solu. mat. P. item & de crimine stellionatus, quo nominatim experitur quis, in criminibus, quae iure certam non habent persequutionem. *l. 3. de crim. stellio. in P.* Sunt & subsidiariae actiones in factum, quas ut cognoscas, distinctionem adhibe inter actiones exactas, & actiones in factum, & ex contractu. Nam, ut ait Vlpian. in *l. actionum genera, 25. de actio. & oblig. in P.* actio ex contractu est, quoties quis sui iuris causa cum aliquo contrahit: veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & ceteris similibus. Ex factis autem actio est, quoties tenent quis incipit, ex eo, quod admisit: veluti si furtum, aut iniuriam commiserit, vel damnum dederit. In factum actio dicitur, qualis est, exempli gratia, actio quae datur patrono aduersus liberum, a quo contra edictum pratoris in ius vocatus est, cum factum videlicet, in speciale nomen actionis, vel maleficii non cadit.*

¶ Subdiuiduntur actiones in factum, in speciales, generales, & generalissimas. Iterum speciales, vel ex legibus, vel ex iurisdictione praetoris, veluti ex edictis, & interdictis eius. Sint speciatum ex legibus exempla, ex re iudicata, *l. actori. C. de reb. credit. l. si se non obtulit, de re iudic. in P.* a qua pluuia, tot. *titu. de aqua. pluuia arcen. de pasta pecorum, data aduersus eum, qui alienas fruges suo pecore de pastus est. l. qui seruandarum §. si. de praescrip. verb. in P.* Ex edicto in factum est actio, nauae, caupones, stabularii, & titu. nauae, campo. stabu. in P. De pauperie, titu. si quadrup. paup. feci. dicat. caluianiana reuocatoria quae patrono datur, *l. si liberus de inr. patron. in P.* de incendio, ruina, & naufragio: de publicanis, & vectigalibus: si messor falsum modum dixerit, de iis qui deiecerunt vel effuderunt: de calumniatoribus: de edendo, si ventris nomine mulier in possessione missa: si ventris nomine calumniata causa

Lib. 4. Instit. tit. 3. Lib. 43. Præf. Lib. 8. C. tit. 1.

- 1 In locum interdictorum sunt extraordinariae actiones.
- 2 Interdictum quid, & quare, & quomodo reddatur.
- 3 Interdictorum finis, vim arcere vel emendare: & cur ita dictum interdictum.
- 4 Interdictum, & editum quid intersit.
- 5 Interdictorum diuisio, in duplicia, & simplicia, & quæ.
- 6 Simplicia in prohibitoria, restitutoria, exhibitoria, unde alia composita.
- 7 Alia diuisio, in interdictum ecclesiasticum, & seculare: & subaliquis, & 9.
- 8 Seclulare, aut publicum aut priuatum.
- 10 Interdicta adipsam rem, retinenda, recuperanda quæ.
- 11 Possessionis utilitas.
- 12 De interdicto recuperanda.
- 13 Interdictorum adipsam rem, recuperanda in Gallia praxi.
- 14 Sequestratio in interdicto retinenda quæ, & quando.
- 15 Pro quibus rebus datur, vel non datur interdictum.
- 16 Quibus personis datur interdictum, & de iudice idoneo.
- 17 Axiomata generalia de interdictis.

PRO formula interdictorum parum seruatis, substantia & causallorum conseruata, extraordinarius actioibus hodie vimur, §. si de interdict. l. si. C. eo. in. que in locum interdictorum subrogantur: vt ex conceptione rubricæ P. constat, de interdictis, siue extraordinariis actioibus quæ pro illis competunt. lib. 43. P. tit. 1. Theophilus vim & substantiam interdicti explicat.

¶ Interdictum, inquit, est enuntiatum prætoris inter duos, qui de possessione contendunt emissum. Facti quidem speciem causamque non plane definiens, sed quomodo de ea iudicandum sit, iudicem informans. §. 1. de interdict. apud Theophilum in 4. libri Institutio, iuris ciuilibus. Siquidem prætor vel iudicabat ipse, & controuersia possessionis etiam: vel iudices seu recuperatores, vt iudicarent, dabat. Nam cum summam potestatem iudicis, tum haberet, præerat quoque iurisdictioni, id est, electioni per sortes iudicium, & subfortitioni, si qui electorum suspecti habebantur, eos subfortitus ex decuriis iudicium, qui tunc sedebant ad iudicandum. Non enim omnes decurie iudicium, quæ Romæ erant, continuo iudicabant: sed certæ suis temporibus ad iudicandum a prætore cogebantur: & ex illis, qui iudicare debebant, quidam rursus sorte delibebantur causis dirimendis. vide de istis fise per Budæum tractatum, in annot. poster. in P. in l. si. §. iudicandi quoque necessitas, de muneri. in P. Interim autem prætor donec iudicium nouionem acciperet, ut in interdicto, vii possidatis, & unde vi, certa forma edicebat, vel vt quid fieret, l. 1. & si de interd. in P. vel iudicet. Cicero, pro Cecinna, & in Verrem. Quinti. lib. 7. cap. 5. Sicque actiores conceptas, ad iudicem disceptandas mittebat, interdictum ipse, re cognita, ex officio reddebat, & ex illis iudicia, non nunquam communi sponsione constituerebat, delegata cognitione iudicibus, vt & in actionibus faciebat, §. 1. de inter. ap. Justin. & tum maxime cum de possessione, vel quasi possessione agebatur. l. acquissimum, de usufr. in P.

¶ Quarum formularum vnus finis, vis, ad vim coercendam videlicet, & ne ad arma devenirent litigantes, quos poterat iurisdictione prætor compellere, lex erat quod met. cau. in P. l. 1. C. de iussura in P. cum simili, vt quod propria auctoritate, aut contra possessionem alterius factum esset, vt vi factum restitueretur, Theophil. in §. summa, vers. sunt tamen de interd. lib. 2. Institut. tit. 15. cap. sum in §. summa autem, eo. tit. ap. Justin. vt postea apparebit. Et sunt, qui dicant: inquit Theophilus, vt in l. 1. de rebus eorum, in P. l. moris, & l. si. de pan. in P. ut. de interd. colleg. hære. tic. in aurb. & l. ex sum, §. & l. relocatorum, 7. §. interdiceret, & tot. ii. de interd. & relega. lib. 48. P. tit. 32. interdicta vocari, quibus quid fieri prohibet prætor. Ab interdendo scilicet, quod denuntiare & prohibere, Bart. in l. 1. §. 1. de oper. noui mun. significat. Restitutoria vero, & exhibitoria, decreta duci, nempe ab eo, quod est decernere: id enim statuere, & censere est. Sed iam obuium, vt omnia interdicta appellentur, propterea quod inter duos vel plures quosdam dicantur. Hæc Theophil. & Iustinianus. Verbum tamen illud, interdictum, quod inter duos dictum significare tradunt, mea sententia, & idem quod interim dictum, vt medium quoddam sit, & ad iudicium parateue, suspendens vel emendans vim, donec de causâ formula cognosceretur. Alciat. lib. 3. Parerg. cap. 15.

M m 2

causa mulier in possessionem missa sit: de damno infecto: de iniuria vocando: si quis iniuria vocatus non ierit: ne quis eum qui iniuria vocatus est, vel eximat: de eo per quem factum erit quominus in iudicio sistat: si quis iniuria dicenti non obtemperauerit de alienatione mutandi iudicii causa facta. De quibus propriis singulis consignati in Pandectis tituli. Item de eo qui fideiussor accipere noluit, l. 2. in ius vocari eam & cap. in P. de iis, qui suspensum aliquid habent in loco, vnde noceri potest. l. si vero, §. prætor, de iis qui decerunt, in P.

¶ Subsidiariæ speciales ex interdictis plures. Nam ex popularibus, & rei familiaris tutelæ causa proditæ. Inter popularia interdicta illa: Ne quid in loco sacro, ne quid in loco publico, vel itinere, de locis & itineribus publicis, de via publica, de fluminibus: ne quid in flumine publico, de ripa munienda: quorum etiam extant proprii eius inscriptionis tituli in Pandectis. Quibus annexitur, de libero homine exhibendo. l. 2. de interdict. in P. Ad rem familiarem porro pertinet prætoria interdicta, quæ sub propriis, examinantur titulis: de aqua quotidiana, & æstiuâ, de riuis, de fonte, de cloacis, de arboribus cædendis, de glande legenda, de migranda, de Saluano interdicto, de superficiebus, de tabulis exhibendis, de cæperis nonnunciatio, de remissionibus, quod vi aut clam, pro satisfactione, damni infecti actio, de itinere actusque priuato, de qual. 2. de interdict. P. de aliis peculiaribus sunt tituli. Generales in eo facto conuentio est, quæ si facta absque dolo, quæ ad aliquam appellationem nominati contractus referri non possit, coemptus tamen in quod conuentum est prælati: agitur itaque tunc actione in factum, præscriptis verbis, qua petimus iuxta verba, in quæ conuentum est, prælati promissa. l. 2. 3. de præscrip. verb. in P. l. in traditione, de pact. in P. l. 2. de pact. inter emtor. Quæ autem sint illæ conuentiones inominatæ, quibus possimus hac actione experiri, inuenies ab Accursio explanatum. gloss. in l. naturalis, §. quod si faciam, de præscrip. verbis in P. Quod si contractibus dolo interuenierit, distinctum, num bonæ fidei, vel stricti iuris sint, & tunc si cum contractu, vel circa dolum consideramus: bonæ fidei rescinduntur actione de dolo, vel nulli sunt. l. eleganter, de dolo in P. Si stricti iuris, tenet contractus quidem, sed beneficio iuris deceptus ultra duos aures restituitur. l. solemus, & seq. de dolo, in P. l. dolo, Cod. de inuti. stip. Si sine contractu deceptus, dolum persequitur, vel ciuiliiter actione de dolo, l. si quis tab. l. penult. & fina. de dolo in P. vel criminaliter, accusatio est felonatus. l. 2. de crimine stellio. in P. Generalissima in factum actio dicitur, non quod sub ea reliquæ contineantur, sed quia deficientibus aliis omnibus ista succedit. l. notus, de præscrip. verb. l. quæ religiosis, & l. in rem, de rei vindic. in P. l. non debet, de dolo malo. Quæ omnia quæ de subsidiariis in factum actionibus dicta sunt accepta fero Conrado Lago, qui id iisdem fere verbis persequitur. in 4. parte methodi, a capite 60. vsque ad 67. Inueni quoque dari actionem in factum vtilem, si propter incertitudinem contractus deficit actio. l. 1. de estimator. actio. P. l. 1. 2. 3. de præscrip. ver. P. Dicuntur autem interdicta prætoria, extraordinariæ actiones: non quod illis nulla certa petitio constituta sit, sed quod absque solemnitate hodie impetrantur. §. ordinis, de interdict. Imo & ad officium iudicis deuoluuntur, ad quem pertinet possessionem tueri, vel dando actionem, vel exceptionem. in l. si. iuncta gloss. 1. de aqua plusia arcend. l. 39. P. tit. 3. si seruus, de acquir. rerum domn. Et hodie quoque pro possessione retinenda vel recuperanda, ex regia officina seu cancellaria interdicta petuntur, quæ dicuntur Complantes, maintenus, & statius de querelle. Proinde de interdictis dicendum est proprio capite paulo vberius. Interim annotando in actionibus superioribus, & in aliis omnibus, res, personas, & negotia considerari debere: in rebus, ipsas actiones, & pro quibus datur: in personis, qui agunt, & cum p. sunt agere, & contra quas agitur, & coram quibus iudicibus: in negotiis consideranda ea vnde oriuntur, num ex contractu, & qualis contractus vel obligatio: vel an ex delicto, & quale delictum: num ex lege, ex facto, & quæ, & qualia illa sint, id est, quæ sit omnium illorum substantia, & accidentia, item quis modus agendi. Quæ omnia ex singulis contractibus posita, Deo volente, tractandis apparebunt, & iam antea in generalibus, conuentionum titulis: de rebus & personis, partim explicata sunt.

De Interdictis. Cap. 9.

Et proinde hoc interdictum, quandiu eius iudicium pendet, ex duplicibus est, & quilibet contentendum se dicit possidere, & uterque actoris, & rei personam sustinet. l. 3. §. 1. *uti possidetis*, l. 2. §. 1. *de interd.* in P. §. *tertia*, eod. tit. ap. *festina*. Nec tamen ideo existimandum est, vnam & eandem possessionem penes duos esse posse: nam duo non possunt eandem rem possidere: verum tamen, vnus naturaliter detinens, se dicere potest possidere, alter civiliter & ex diuersis causis. l. 3. §. *ex contrario*, de *acqui. poss.* in P. *natur. aliter*, eod. tit. Huius interdicti retinenda, duo sunt exempla: vnum, pro possessione retinenda rerum immobilium, quod dicitur, *uti possidetis*, l. 2. §. *retinenda*, de *interdict.* in P. l. 1. §. *interdictum*, *uti possidetis*, l. 1. *ut rubi*, lib. 4. §. *P. tit. 13*, cuius verba: *Aut prator, vis eas ados, de quibus agitur, nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero possidetis quominus ita possideatis vim fieri veto*, l. 1. *uti possidetis*, lib. 4. §. *P. tit. 16*. Retinenda duplex via: aut exceptio, aut interdictum. Exceptio datur ex multis causis ei, qui possidet, dicta l. 1. §. *retinenda*, *uti possidet*. Alterum interdictum datur pro possessione mobilium rerum retinenda, dicitur, *ut rubi*, cuius formula, l. 1. *ut rubi*, lib. 4. §. *P. tit. 3*, l. 1. §. *sed interdico*, de *interdict.* Prator ait, *ut rubi hic homo, de quo agitur, maiore parte anni fuit, quominus is eum ducat, vim fieri veto*, l. a *dino P. 10*, l. 15. *in venditione, de re iudica*. P. Res immobiles sunt, quae soli sunt, & commoueri non possunt, vt fundus, domus, &c. dicitur, §. *a dino P. 10*, & *lmo uentium, de verbor. signific.* Mobiles, quae moueri possunt, vel mouentia sunt, id est, quae se mouent. *Is qui desinat*, 2. 4. *de rei vindicia*, in P. l. *fin. Cod. eod. tit. §. retinenda, de interdico*, in P.

11 ¶ Et istius interdicti maxima utilitas, est in iudiciis: quia praestat possidere, quam alio possidente petere, propter utilitatem possessionis. l. *fin. de rei vind.* Cod. 2. & l. *frustra*, S. C. de *probatione*, l. *negantes*, 9. C. de *alio. l. si quidem*, 9. de *exceptio*, l. 4. C. de *edendo*, quae inter alia, & transfert onus probandi in petentem, vt si ille nihil probauerit, qui possidet, absolutur, etiam si dominium ipse sibi competere non probet. *cap. cum sunt partium*, de *regul. iur.* in P. Id ipsum & in dubiis, in l. *circu*, l. 4. de *probatione*, in P. l. *sed si*, de *inueriuran*, in P. quamuis verum fit, nec possessori dominium adiudicari, nisi & ipse de eo doceat. l. 1. *in primis*, §. 1. & 2. *ne vis fiat*, et §. *lib. 43*, P. *tit. 4*. Accedit ad haec duo interdicta, *uti possidetis*, & *ut rubi*, aliud tertium, quod etiam retinenda & conferuanda possessionis a pratore concessa causa, inductum est, quod ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est, interdicitur. Frustra enim prator mitteret in possessionem rei seruanda causa, nisi missos ueretur, & prohibentes venire in possessionem coereret. l. 1. §. 1. & §. *hoc interdico non, de vi & vi armata*, P. *tit. 15*.

12 ¶ Interdictum recuperanda est, quo quis amissam vel expulsum, non alia, §. *recuperanda, de interdico*, l. 2. §. *recuperanda*, eo. *tit. in P. l. 2*, C. *unde vi*, possessionem recuperare contendit. Si quis ex possessione aeterna, vel fundi vi deiectus fuerit. Nam ei proponitur interdico de vi, per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem. l. *de possessione*, C. *unde vi*. Et est interdico rerum soli, unde vi, l. 3. *perinet*, & l. 1. §. *hoc interdico, de vi & vi armata*, in P. quod non pertinet ad res mobiles, l. 1. §. 2. §. *penult. vi bono raptor*, lib. 47. P. *tit. 8*, pro quibus vi ereptis, repetendis, sufficere visa est actio damni, iniuriae, & conditio furti, & vi bonorum raptorum. Ioannes Faber, in §. *retinenda, de interdico*. In interdico unde vi itaque vis est expulsiua: in mobilibus, vis ablatiua: de quibus & aliis modis, quibus vis infertur, & de poena violentiae, dicitur est in criminibus dum agimus de lege Iulia de vi. Vbi & tractatur quomodo, & quando, spoliatus ante omnia sit restituendus. Quare ad ea lectorem remitto.

13 ¶ Sed vt iura quoque Gallica explicem, annoto dici in Gallia interdictum retinenda causam nouitatis, unde in stylo curiae parlamenti. *tit. de causis nouitatis. lettres de complainte en cas de fausine & nouellere*. Causam nouitatis praetendit, qui intendit se in alicuius rei possessione de nouo impediri, & in possessione turbari, notat hoc Aufreuius in dicto stylo curiae parlamenti, *tit. de cau. nouita. ad §. item in casu nouitatis*. In casu nouitatis inter priuatos, cognitio pertinet ad regem. Et ideo in officinis & quitatis, impetrantur codicilli seu literae cancellariae, quibus cognitio committitur magistratibus regis: per praetorem olim dabantur iudices recuperatores. Exceptis quibusdam senarchis, qui iure suo, sine codicillis regis, de interdico hoc cognoscunt, & solent in casu hoc fausinae & nouitatis literas sui sigilli concedere: quem admodum senarchus Cadurcensis facit. Ioannes Faber, in §. *retinenda, numero 4. de interdico*, & in l. 1. *de prohibita sequestra. penult.*, in *brenario*, C. Dantur autem pro rebus, quas quis possidet vel possidere se dicit, etiam pro re immobili sequestrata, in dicto stylo parlamenti. *tit. de causis nouitatis*, §. *item si subiectus*. Et omnibus qui civilem vel naturalem possessionem praerendant, vel quasi possessionem, vt diximus supra: aliter vero sapere fieri videmus, quando subditus conqueritur penes dominum suum de nouo impedimento. Quia vulgatis est regula, *Entre le seigneur & le subiect, n'apoint de nouelle*, au *Manuel de droit escript*, de *Imbert in littera 2. ubi, tesmoing soult*. Causa nouitatis, vel querimoniae, vt dicunt pragmatice nouitatis, tria capita in iudicio suo habet: primum est circa sequestrum rei, ne ad arma perueniatur: secundum, vindictiarum, vt cant *recreance*: tertium est plenum possessorem, vocant *maintenus*. Ioannes Faber in d. §. *retinenda*, & in §. *aut instum, de v. i. ca. facit l. 1. & ubi Bartol. uti possidet*.

¶ Et in casu hoc nouitatis, potior in Gallia habetur, qui postremo loco & anno ultimo, de facto possedit, iuxta l. 1. §. *fi*, & l. *seq. uti possidet*, in P. §. *item exceptio, de causis nouitatis in stylo parlamenti*, nisi excipiat contra hanc possessionem, per alium possessionem interdictum contrarium, veluti si obiciatur, quod illa possessio fuit obtrenta & usurpata per spoliacionem. Ita pronuntiarum senatus consulto *Parisiensi in comitis Peltianensis*, anno 1531. 24. Octobris. Impedit sequestrationem triennalis possessio alicuius, siue de secularibus rebus, siue de beneficiis ecclesiasticis contendatur. Atque ita recessit ab vbi antiquus curiarum stylos, quo in hoc interdico nouitatis, statim ab initio sequestrabatur res contentiosa, nullius exceptionis ratione habita. *Rebuff. tomo 2. constitutio. regiarum rubrica des matieres possesioires in artic. 2. Recreantiam*, Latini dicunt *Vindicias*: a vindicando, irem & siduciarum possessionem: quia ea praedibus datis aduersario conceditur vt plerumque interim qui secundum se vindicias habet, rem deteriori reddat, vel laetius aduersarii impune, id dicitur, *bailler la recreance, pour tenir la chose sous la main du Roy & de iustice*. Late de vindictiarum formula & causa *Budaeus agit*, quem consule in l. 2. *ad verba illa*, *vindicias sine sine, de orig. iur. in prior. anno. ad Pandectas*. In locum interdicti recuperanda possessionis vimur literis seu codicillis regis, vel senarchi, sius privilegium habet, quos statutum dicitur querela de nouis de faisinis, in quo spoliatus dicit se possessisse, & spoliatum fuisse. Vocant etiam restitutionem *la raindegrande*: sicut & summi pontifices. *can. reintegranda*, in 1. & 2. §. 9. 1. Generaliter, postremo loco in interdictis omnibus considera, res, personas, negotium ipsum, quod praemanibus est. Res pro quarum possessione agitur, sunt, vt dixi, profanae, sacrae, publicae, priuatae. Atque in summa res omnes interdictis supponit, nisi specialiter prohibeantur. Prohibentur autem dari pro officis non regis, si officarii deponantur, nisi in duobus casibus: si fauore matrimonii illis officia data sunt, vel in remunerationem, quibus possunt vi depositi, vel inquietati, interdictis retinenda, & recuperanda. Et ita pronuntiarum placito senatus Parisiensis, anno domini 1513. die 12. Iulii. *Rebuffus, in annotatio. ad artic. 4. tit. des matieres possesioires, tomo 2. ordinatio. regiar.* Nota per te similes alias exceptiones. In personis, considera litigantes, & iudices, coram quibus tractari possunt interdicta. Dantur interdicta possidentis, vel qui deiectus e possessione est, cum possideret vel civiliter, vel naturaliter, vel bene vel male. Datur hereditibus vniuersalibus in Gallia sine alia ad eptione possessionis: qua ex generali consuetudine mortuus fauit, vt dicunt, viuum, id est, mortuus transfert possessionem in viuum, quem instituit, vel qui ei ab intestato succedit. Ioannes Faber, in §. *retinenda, numero 7. de interdico*. Distinguit & personas, aduersus quas interdicta competant, Faber, *vide in totum tit. de interdico*. Sed & obseruandum, non agitari, nisi coram iudice proprio. l. 2. *Cod. de interdico*. Sciendum tamen coram iudice laico, alioquin idoneo, videlicet regio, de omnibus rebus possessionis actiones explicari posse, siue illae sint spirituales, siue temporales, & ita iudicatum fuit Senatus consulto Gratiano politano, die duodecima mensis Martii, anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. *Rebuff. in 2. tomo constit. regiarum titulo, des matieres possesioires sur l'artic. 2.*

¶ In negotio ipso considerate oportet naturam, substantiam propriam, & accidentia cuiusque interdicti, de quo agitur. Deinceps ea, quae communiter efferuntur axiomata de interdictis, quae sunt haec. 1. Omnia interdicta sunt personalia, vi ipsa, licet in rem videantur concepta, l. 1. §. *penult. de interdico*, in P. Id est, quamuis dentur contra quemlibet possidentem.



1. 2. quorum honor in P. 2. In condemnatione interdictionum, habetur ratio fructuum a die contestationis litis: ex quo videlicet edita sunt, non retro. lib. 3. de interdicit. in P. l. questum, §. ex hoc, de precar. P. Excepto interdico, vnde vi in quo & fructuum, qui ante interdictionem percepti sunt, habetur ratio a die expulsiouis, lib. 1. §. ex die, de vi, §. vi arma in P. Atque cautum est constitutione regia Caroli 8. in constitutio. Caroli 8. articulo 49. vt is qui interdictione possessorio retinenda succubus, damnetur in sumtus, & quanti intererit aduersarii victoris. Insuper multa erga aerarium regis. Id ipsum & Ludouicus 12. sanciuit, in constitutione Ludouici 12. anni 1512. arti. 50. quamuis gratia interdum a senatu fiat, si bona fide possessionem vtriuque agitatam cognouerit, & paupertati victorum indulgendum ex aequo & bono decernat: vel si defensor vocatus per interdictionem ab actore, in limine iudicii, antequam pertinaciter obstitat, profiteatur, se possessioni non facefere, nec impedire manutentionem, vt dicunt, id est, plenum possessorium. Tunc enim non damnatur ad sumtus, vt placuit curiae Parisiensis supremae, 2. Martii 1538. 3. Interdicta ex quibus caussis annalia sunt, sunt perpetua, de eo quod ad eum, cum quo agitur, peruenit. Paul. in l. 4. de interdicit. in P. 4. Per interdictionem prius cognoscitur de possessione, quam de proprietate. l. incerti, C. de interdicit. l. si. C. quor. honor. l. quor. leg. C. 5. Interdicta, quae annalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad recipiendum. l. licet, C. de excep. 6. Nullam interdictionem infamat, l. neque, de vi, §. vi arma, P. & nullum poenaliter redditur: quia de facto in interdictionis quaeritur, non de iure. l. 2. §. final. s. feru. vindic. in P. Et si de vi criminaliter agatur, alia via experiendum sit, de qua dicemus, Deo fauente, in edicto legis Iuliae de vi publica, & priuata. Et interdictionis etiam noxalibus, dominus damnum resarciendo, liberatur: vel patientiam in opere facto per seruum, praestando. l. fin. de interdicit. in P.

De Incrementis actionum per id quod interest.
Cap. 10.

1. Accidunt communiter omnibus actionibus obligationibusque augeri, minui, tolli.
2. Quibus augeantur eius quod interest exceptiones.
3. Quod Interest quid sit.
4. De Lucro, Damno, & Incommodo. de differentia Vsurarum. eod. de Pena ab eo quod interest. eod.
5. Diuisio eius quod interest.
6. Quid commune id quod interest, & quare petatur.
7. Praetia naturales, & industriales qui, & qui restituendi eum re.
8. Quid sit singulare interest, atque quomodo aestimetur. de Iuramento in litem eius eod.
9. Conuentionale quid.
10. Interesse extrinsecum, atque interesse intrinsecum quid.
11. Pro quibus rebus peti possit id ipsum quod interest. In quo eius non habeatur ratio. eod.
12. Id quod interest omni iure permissum.

1. Commune omnibus obligationibus & actionibus, vt possint augeri, minui, & tolli. Primum itaque generaliter tractabimus de incrementis, deinde ordine de aliis: ne postquam ad patricularum peruenierimus conuentionum formas, cogamur sapius haec generalia repetere.

2. Augentur, vel ratione accessionis eius quod interest, vel per inficionem, vel per impensas. De eo quod interest itaque paucis agendum ab initio: in quo iusta vt litas venit, iniusta recitatur, nec eius ratio habetur. lib. 3. §. si mecum, & l. penult. ad exhiben. in P. lib. 10. titul. 1. Pompon. in l. qui re sibi commodata, §. 7. de furt. in P. lib. 47. titul. 2. l. itaque fulto, 12. eod. titul. P. Vnde in hoc augmento, non solum quod utile est, pro quo etiam verbum interest pro refert, lib. 2. §. sed dominorum interest, de iis qui sunt sui vel alieni iur. P. in l. loci corpus, §. 1. si seruus vindic. 4. §. in iudicio, finium regum. lib. 10. P. titul. 1. sumitur, extra praesentem tractationis considerationem: sed quod vile & iustum est, accipitur. Atque ideo submotis aliis exceptionibus eius quod interest, & illa quae pro differre, interesse dicimus. vt in l. 3. de condit. in caus. dat. P. l. si a stipulatus, 115. de verb. obl. P.

3. Quod tractandum id quod interest, pro augmento pro-

posito concludemus scis finibus, vt sit, Pecunia accedens vel principali, pro reparatione lucri cessantis, aut damni emergentis, culpa, aut dolo alterius, eo quod si non fiat quod promissum est, in pecunia numerata fiat condemnatio, sicuti euenit in omnibus faciendi obligationibus. Celsus, l. si quis ab alio, 13. §. fin. de re iud. in P. Paul. l. stipular. non diuiduntur. 74. §. Celsus, de verb. oblig. Caius, in l. liberum est et. 9. de religiof. & sumi. funer. lib. 11. Part. 7. Accedit autem haec pecunia rei principali, videlicet post mortem. vt in l. fin. de eo quod certo loc. in P. vel iudicis officio, summa definita, lib. 1. de senten. qua pro eo quod interest. Cod. vel partium conuentione, d. l. 1. vel definitione legis vel ex facto ipso, l. quatenus, de reg. iur. vt ex diuisione eius quod interest apparebit. Aequitas huius augmenti ex damni reparatione, & ex lucro cessante per finitionem ostenditur: finis namque huius, ista duo, quorum habetur ratio a tempore mortis: videlicet quantum affuit, quantumve quis lucrari ex re iuste potuisset. l. 1. §. fin. de senten. qua pro eo quod interest. C. l. i. §. de eo quod certo loc. lib. 13. P. tit. 3. Caius, in l. si de iis qui deiecerunt lib. 9. P. titul. 3. Paul. expressus in l. si commissi, 13. rem rei habet. in P. lib. 46. tit. 8. Damna Graeci sicuti dicunt, Latini, damnum a diminutione patrimonii, l. 3. de damno infecti. in P. separatam ab incommodo, quod Graecis *δυσχερεια*, quod non dimiuit patrimonium, nec iniustum semper sit alteri illatum, si ex opere iuste in nostris rebus factio, proximo incommodum inferatur. l. Proculus, de dam. infecti. Quemadmodum, nec consideratur vtilitas cessans, vel quod nostra interesse poterat: id aliunde quam ex re debita oritur. vt in l. si sterile, §. cum per vendiorem, de actio. emt. P. l. fin. de periculo & commo. rei vend. in P.

Hinc fit, vt id quod interest, quod versatur in euitando damno, differat ab usuris, in quibus agitur de lucro accipiendo sine damno: de quorum prohibitione, Deo iuuante, dicitur in mutuo. Et si quando vltur dentur loco eius quod interest, illa licitam habent exactionem: potissimum, vbi is qui exigit, rem suam fructuosam dedit: ita enim loco fructus vsurae sunt. gloss. penult. in l. 2. de usur. C. argumento l. socium qui in eo, 61. pro soc. in P. gloss. in cap. conuictus, de usur. Et illa postrema verba limitationis, quae meminuerunt, dolo aut culpa alterius id quod interest deberi, aliam exhibent differentiam, cum vlturis, quae etiam quando iure ciuili admittantur, exiguntur sine mora vel culpa, interdum, l. lecta, si certum petat. in P. & ex conuentione. l. qui Roma 122. de verbor. oblig. P. Quemadmodum & poena conuentionalis, quae ideo, & ab eo quod interest in eo distinguitur, quia ex conuentione laepe & euentu conditionis pendet, in l. in illa stipulatione, §. de verb. oblig. Pap. in l. ita stipulatus, 115. eod. tit. tum etiam, quod poena per se tenet certa est inter contrahentes, quanta sit futura, l. fin. de prator. stipulatio ista. §. alteri, de verb. oblig. P. & praetiatu vlturum, quae lex decernit, & vlturas, & poenam. l. 2. de eo quod certo loc. l. Lucius, de actio. emt. in P. l. traiectitia, de actio. & oblig. Ceterum id quod interest, conuenit dicitur, id est, aestimatio quae per pecuniam fit, l. 1. de contrah. emt. in P. l. fin. in emtionem, de minor. 25. annis omnium rerum: quamuis pecunia non aestimetur per res. l. si a fideiussorem, 43. de fideiussorib. lib. 46. P. tit. 1. Fit enim quanti nostra interest & damni passi aestimatio, quanti plurimi fuit res. l. si lex, 21. ad leg. Aquil. l. 9. P.

Diuiditur id quod interest secundum illam generalem exceptionem eius quod interest, in publicum, & priuatum, videlicet, in id quod publice, & priuatum interest. l. locatio, §. quod illicito, de publican. Quibus concurrunt tribus, publica & plurium praefertur vtilitas. l. 3. de primipil. lib. 11. C. l. actio, §. Labio. pro soc. in P. l. Lucius, de euit. in P. l. item si verb. §. 1. de rei vind. P. Nam, vt ait Cicero, pro Sylla, dandum non arbitror, vt quisquam de salute suorum contulat, communem relinquat. Et rursum, Cic. 3. de Finib. non est magis vituperandus proditor patriae, quam communis vtilitatis ar t salutaris defensor, propter suam vtilitatem & salutem. Quod pertinet autem ad institutam tractationem, id quod interest melius diuiditur, in commune, singulare, contentum. glo. in l. 1. de senten. qua pro eo quod inter. in P. gl. in l. 1. de alim. emt. in P. gl. in l. libertas de reg. iur.

Commune est emergentis damni, aut cessantis lucri aestimatio facta, secundum communem fractionem, nulla adhibita singulari affectionis consideratione: dum promissum non praestatur, id est, id quod quilibet parti posset ex hoc damno, & quod lucrari posset ex re, si culpa alterius non interuenisset. Et rursum, quod aut consequi potuissim, aut eregare culpa alterius cogimur, vt quilibet alius, l. si seruus, ad leg. Aquil. quod aestimabit

bit index habita ratione pretii & estimationis communis. I. iura-
dicio, C. de off. em. l. prima, de his qui deiecerunt. l. in lege Falcidia. &
l. pretiariorum, ad leg. Falcid. in P. Et hoc commune, absolute id
quod interest dicitur: alix autem species quamdam habent no-
tam distinctionis, vt apud Paulum Iuricon. Vbi doli estimatio fit,
tam distinctio dicitur, de iudi. in P. non ex eo quod interest solum, vi-
de de commune, sed & quantum in litem iuratur: ecce singulari, &c.
Etenim singulare per iuramentum in litem facta estimatione,
colligitur. Callistrat. in l. penult. de in litem iuran. in P. lib. 12. P. tit.
3. Petitur autem hoc commune, vel ratione nature rei, vel ratio-
ne moris, vel ratione fructuum. Res enim natura propria habet
aliquando accessiones, quae occasione rei accedunt debito, aut
gratia eius adiunguntur. Leguis, de vsur. in P. Ex mora tenetur de-
bitor ad fructus ex re perceptos, veluti ad accessiones naturales,
& ad vsuras loco eius quod interest, dum petuntur iudicis officio,
non iure actionis. l. socius qui, pro soc. in P. can. quoniam, 14. q. 4. &
ibi gloss.

7 ¶ In fructibus porro distinguimus, naturales ab industriali-
bus. Naturales sine facto nostro ex re proueniunt, vt poma, glandes,
neces & similia. Et hi si existant, possunt simul cum re peti.
Nam nullus possessor rei, quantumuis bonae fidei sit, hos fructus
sibi acquirante perceptionis tempus. l. fructus, de vsur. C. Idcirco
si pendente, cum res est restituenda, ad eum cui restituitur per-
tinent. Industriales dicuntur fructus, qui maxime adueniente
nostra cultura & ope, emergunt: vt vinum, legetes, &c. Hos pos-
sessor rei bonae fidei ante litem contestationem conuictos, non
cogitur restituere: exstantes domino restituere tenetur. Post litem
autem contestationem, restituit tam exstantes, quam perceptos
& consumtos & qui percipi ab ipso potuissent, l. 4. §. item, finium
regu. P. quia lite contestata quod ad fructus pertinet, in mala fide
esse incipit. l. certum, & ibi gloss. C. de rei vind. l. de petit. hered. C.
Quia & male fidei possessor, ad consumtos, & non consumtos:
perceptos, & non perceptos tenetur. d. l. certum. Diverso tamen
modo, nam si sine titulo possideat cum mala fide, restituit perce-
ptos possitrem, conditione sine causa: exstantes, rei vindicatione
ex obligatione legis: pro percipiendis, officio iudicis, l. si nauis,
de rei vind. §. illorum de off. iudi. conuenit. Si cum titulo perceperit,
pro consumtis quoque tenetur conditione sine causa: pro ex-
stantibus rei vindicatione. A petitione tamen percipiendorum
per titulum excusatur, quibusdam casibus exceptis, de quib. gl. cir-
ca finem, l. si fundum, C. de rei vind.

8 ¶ Singulariter quid interest alicuius, quando ex patientis af-
fectione estimatio facienda est, quando alicuius perentis magis
interesse potest, quam alterius: veluti, vicini magis interest con-
fines fundos metcati etiam plures, quam alterius non vicini, & ma-
ius illi damnum est, quam non vicini, illis petiari. l. et si a quo pretio,
de lega. l. si eius fundus, de leg. 2. Pendetque ex affectione hoc caput
eius quod interest, l. si in emtionem fundi, de minor. 1. 5. an. l. qui resti-
tuere, de rei vind. in P. non tamen secundum affectionem taxationi
sibi, sed praestito iuramento affectionis, id est, estimationis secun-
dum affectionem iurantis. Iudex considerata priuata utilitate, iu-
ratam estimationem moderatur & definit. l. 3. §. praeterea, ad exhi-
ben. in P. sic iuratur in litem affectionis in infinitum, sed definitur
arbitrio iudicis. l. videamus, §. penult. & l. in actionib. de in lit. iuran.
Sed considerat iudex in eo singulariter rem, super qua iuratum
est, nam estimati possit: vix enim iuramentum affectionis inspi-
cit eius, quod non habet estimationem. l. pen. & l. si lib. homo ad ex-
hibend. in P. vt l. 1. §. proinde, de variis & extrarord. cogni. in P. Item
num res sit idonea, de qua iuratur in litem: non enim in omnibus
affectionis iuramentum est recipiendum pro eo quod interest
censendo, l. si forum, ad leg. Aquil. sed tantum in bonae fidei iudi-
cis, in act. omnibus in rem, ad exhibendum, l. in actionibus, §. ad ex-
hibend. in P. & cum dolus, vel contumacia non exhibentis, vel
non restituentis puniatur. l. 2. de in litem iurando, in P. l. qui resti-
tuere, de rei vind. in P. l. tutor, qui reperiuntur, in administrat. tutor.
in P. Considerat item personam petentis: veluti in fructibus
non perceptis, num illa, quae petit, percipere potuisset, si rem ei
possidere licuisset. l. Papinia, in l. si nauis, 62. §. si, de rei vind. in P.
Sic & postremo affectionem eiusdem petentis. l. videamus, 3. de
in lit. iura. l. Titius cum decederet, de actio. em. in P. Ceterum esti-
matio, quae fit in iuramento affectionis a iudice, normam & legem
accipere debet ex constitutione Iustiniani, in l. vni. §. 1. de sententi-
is, quae pro eo quod interest, profertur, li. 7. C. ti. 47. vt in omnibus ca-
sibus, qui certam habent quantitatem vel naturam, veluti in ven-
ditionibus, locationibus & omnibus contractibus, hoc quod in-

terest, dupli quantitatem minime excedat. In aliis autem casibus
qui incerti esse videntur, iudices, qui causas dirimendas suscipi-
unt, per suam subtilitatem requirant, vt hoc quod re vera induci-
tur damnum, hoc reddatur, & competens modera men infinito
adhibeant. Sic & hodie cessante poena dupli, tripli, vel quadrupli
in Gallia, exigitur eius loco, quod vere probatum fuerit iudici in-
teresse petentis. quod & probatur a gl. in c. fraternitatis, 12. q. 2. Non
tamen aequum esse puto, id quod interest ad communem estima-
tionem, vel ad communem interesse reduci, vt quidam putant pla-
cuisset alias senatui Parisiensi, Buzzo, in l. abrogatis, l. 1. arg. 9. ex a-
resto Parisi. curiae, 4. Decemb. 1520. Nam & ego in his, quae dolum &
contumaciam habent, vidi aliter Tholosanae curiae supremae pla-
cuisset id quae aequius ad plectendam malitiam reorum ducere in
Stoicorum errorem perueniamus, peccata esse aequalia dicentes,
& aequali & vna censura digna, quae ob culpam, & quae ob dolum,
vel contumaciam debentur. ¶ Conventionaliale id quod interest,
est id quod complectuntur contrahentes sua pactioe, & certum
praestandum pro eo quod interest, si ea quae facienda dandaue sunt,
non fiant denturque, eo quo conuentum est modo. Quae conu-
entio maxime vt utilis recepta est, & tuta creditoribus. Cu alioquin
difficile sit estimare quantum vere nostra interest, & saepe illa esti-
matio ad minimam summam fiat, & deducatur. l. fin. de praetoris
stipul. in P. §. si, de verb. oblig. Adhibendus tamen est estima-
tionem conuentioe, ne dupli quantitatem excedat. d. l. 1. §. 1. de sen-
tentiis, quae pro eo quod inter. C. ¶ Perpendimus rursum id quod in-
terest, vel vt intrinsecum, vel extrinsecum. Interesse dicitur intrin-
secum, iactura quae in re principali, videlicet in ipsa eadem confi-
deratur: veluti, si estimatio rei decreseat, si cuat vinum. l. vinum,
si certum petat. P. l. ipsum in fructibus. l. fructus, de actio. em. C. Ex-
trinsecus interest, quando iactura contingit aliunde, quam ex re
debita, tamen per occasionem illius, exempla cape ex l. 3. de in lit.
iuran. ex l. Julianus, de actio. em. in P. l. unde Neratius, ad leg. Aquil.
& circa eam, l. si ferilis, §. cum per venditorum, de actio. em.

¶ Porro id quod interest peti potest, in obligatione princi-
pali contracta ex maleficiis, vel publicis delictis: sicut in falso com-
missio, si cuiusquam intererit. l. qui nomine, in c. l. in verbo, penali,
ad legem. Corn. de falsi. in homicidio, raptu, & similib. in quibus da-
mnum datum, & lucrum amissum refarciri oportet. l. 1. §. si de his
qui deiecit, in P. Quod & in delictis obinet priuatis, l. an lex, & l.
unde Neratius, ad leg. Aquil. in P. in dolo, l. arbitrio iudicis, de dol. in
P. si iniuste quis se probet ex communicarum & conueratur, ca.
sa. ro. de sentent. excommunic. & petitur a tempore delicti, culpa,
doli, mora. 2. Petitur in actione realij quod interest, si dolo vel
culpa possessoris actio iacturam patiat. l. qui restitueret, 68. & l.
quod si possessor, 71. de rei vind. In obligationib. faciendi, succedit
post moram id quod interest, si quis ab alio §. si, de re iudica. l. si
pulationes non diuiduntur, & l. si fundum, de verb. oblig. l. 1. de actio.
em. in P. Quod autem pertinet ad obligationes dandi, adhiben-
da distinctio contractuum bonae fidei, & stricti iuris: Nam in con-
tractibus bonae fidei dandi, quamuis quis ex illis teneatur praecise
ad dandum, tamen si ex mora, vel dolo debitoris interfit credi-
toris, & patiat iactura peti poterit reparatio. vt in l. ea conditio-
ne, C. de rescin. vend. l. curabit, de actio. em. C. l. 1. de actio. em. in P. At
in contractibus stricti iuris, vt plerumque non habetur ratio eius quod
interest, gl. in c. cum venerabilis, de excepti. in verbo, bonae fidei. nam
sola res ex eo contractu debita petitur. l. ubi autem non apparet, §. si,
& l. quicquid, adstringenda, de verb. oblig. Demuntur autem inde quin-
que casus, in quib. ex contractibus stricti iuris petitur id quod in-
terest. Primus, si post moram decreseat debita rei estimatio. vt in l.
vinum, de reb. cre. P. l. si fundum, 112. de verb. oblig. cum similit. si actio
fiat arbitraria ex loci adiectione, vt in l. 3. §. si, de litemum Cap. de eo
quod certo loco, 3. vt quamuis non fiat arbitraria actio, si tamen cre-
ditor ex decursu moroso temporis, patiat iactura, recipiet quanti
sua intererit. l. quod si Ephefi, de eo quod certo loco, in P. 4. est in spe-
cie, qua quis stipulatione spondit se mutuo daturum pecunia,
nec dedit: quo casu, si quid interfit stipulantis non datam fuisse, id
petitur. l. si penam, 68. de verb. oblig. Si non interfit autem, promissor
non tenetur. l. si quis stipulatus, §. si, de verb. oblig. 5. Vt in contracti-
bus innominatis, quamuis sint stricti iuris, tamen petatur id quod
intererit. in l. naturalis, §. 1. de praescrip. verb. Si tamen quis rem de-
bitam a debitore recipiat nulla protestatione petendi quod in-
terest, adhibita, id quod interest postea petere non potest. vide in
decis Capella Tholosana, 50. & ibi Auserium & Paul. Castrensem l.
4. C. de deposito, ubi de hoc facti l. terminatio, Cod. de fructu. & lit. ex-
pej. addit distinctio & Barr. in l. si post moram, de eo quod certo loco, in P.



Cauendum in omnibus superioribus casibus, ne vfura irrepant, & splendido titulo eius quod interest, se exornent: quod fiet, si nota illa due retineantur, quod id quod interest sit damni emergentis, & lucri cessantis: vfura, lucri emergentis, & damni cessantis. Quæ si obserues & distinguas, nullo scrupulo poteris id quod interest petere omni iure suffragante.

¶ Nam si liquet ex præcedentibus iure ciuili concessum, l. 1. de senten. que pro eo quod inter. C. iure potificio, & per tuas de arbitris, c. 1. de plus petitis. c. sacro, de senten. excommuni. & iure diuino, c. 22. & 21. Exodi, vnde c. 1. & 2. de iniur. ap. Gregor. Et si vfurarium nomen pro eo quod interest, accipiatur, id est, pro lucro cessante, recte eas tibi accipies. Finit enim inter mercatores lucrum ex negotiatione & societate pecuniarum & industria, si non fuerint, pro soc. in P. de quo arbitror loquor Domini apud D. Mathæum, cap. 25. Serue piger, inquit, & male ego oportuit te pecuniam meam committere numulariis, & ego veniens, cum vfuris accepissem eam. Intellico namque ibi vfuras dici, pro iusto lucro, ex negotiatione, non autem agi de vfuris veritatis, de quibus postea, Deo fauente: neque puto etiam permittum esse, nõ negotiatori, mutuo dare pecunias ad vfuram negotiandi, non communicato damno, sed tantum accepto lucro: imo dico hoc esse quare excusationem in peccatis, & ex labore & industria negotiatoris, furto supplare labores. Sed hæc hæc tenus de eo quod interest, nunc de culpa, de qua eius quod interest finitio meminit, & postea de dolo agamus.

De Culpa. Cap. II.

- 1 Culpa necessaria cognitio.
- 2 Culpa quid sit.
- 3 Culpa diuisio, & negligentia diligentia, gradus.
- 4 Culpa lata, & doli distinctio.
- 5 De leuissima, & in quibus consideretur culpa, leuis, & lata, & leuissima.

¶ Culpa breuem epitomen adiciendam tractationi eius quod interest conuenit: quia & illud, & contractus, & actiones de ea sæpe notionem exigunt. Quidam enim contractus, dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum & culpam. Dolum tantum, depositum, precarium: dolum & culpam mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, dotis datio, tutela, negotia gesta, in his quidem & diligentia: & vltra in omnibus venit quod venire placuit ex istis, l. contractus, 24. de reg. iur. ¶ Culpa est, omisso cura, vel diligentia, quæ alicui rei adhibere debemus, cum possumus. In culpa itaque omisso curæ negligentiam demonstrat: quia magna negligentia, culpa est, magna, de verbor. sign. l. socius socio 73. pro socio. in P. Culpa secundum Baldum est, non prouidere prouidenda, Bald. in l. solam, C. de rebus. quo nomine culpa maxime differt a dolo: quia hæc in omittendo, ille in committendo, l. si putator, 31. ad l. Aquil. in P. Et dolo culpa non dicitur accidere, quod casu male successit, dum quis re vitur suo tempore: vt si tempestate perierit nauis, quam quis tempore legitimo navigationis pelago commiserit: dum modo ei idoneos præfecerit, l. virique, 16. q. 1. de rei vind. in P. lib. 6. tit. 1. Nec in culpam, vel reprehensionem iustam incidisse dicitur, qui fecit, & eodem modo, quo ab aliis publice sceler fieri: veluti, si quis res oppignoras deposuerit in horreis publicis more aliorum, & inde subtraheantur, l. pignus, 18. de pignor. acti. l. 4. C. ii. 24. Culpaque carere videtur, qui omnia fecit, quæ diligentissimus quisque obseruasset, vt ait Caius, l. si merces, 28. §. qui eorum loca. P. Atque cū culpa dicitur in summa secundum Baldum, l. Bald. in l. que fortuitis, de pign. actio. omne reprehensibile, sic vt ait Cicero, 1. Officior. Ne maior pena sit quam culpa, cauendum est. Nec omnis omisso cuiusque diligentia, absolute culpa est, sed eius tantum, quam lex adhibere iubet. & quam cum possumus, non adhibemus: alioquin culpam abesse dicimus, l. contractus, §. fin. & l. culpa carer, de reg. iur. l. in omnibus, l. in delictis. de noxal. actio. in P. vt si quis extranea vi prohibeatur diligentiam adhibere rebus, vt in l. si rebenda. ad leg. Rhod. de iact. in P. cum simul. Contra ommissionis culpæ est incurtia facere aliud quam facere oporteat, & ita quæ faciendæ sunt omittente: vt immiscere se negotio ad se non pertinenti, l. culpa est, de regul. iur. Pignorare quod omnes sciunt, vel scire debent, l. cedere diem, 13. §. fin. & l. lata culpa, 223. de verb. signif. in P. Cum enim non adhibita cura, & neglectu res tractamus, fit quod fieri non debet, l. si feruum, §. 1. de verb. obligat. Et qui facit, quod facere non debet, non videtur facere quod iustus est, l. qui non facit, de regul. iur. Ita imperitia quoque culpa annuatur, vt in l. imperitia, de

regul. iur. in P. cum quis ea præsumit facere, in quo suam imperitiam alii scire potest esse damnosam, l. illicitas, §. si cuius medico. de offic. præsid. in P. §. imperitia, de lege Aquil. apud Iustin. l. si quis in dolo, §. Celsus, loc. in P. l. idem iuris, l. 15. §. fin. ad leg. Aquil. in P.

¶ Diuiditur culpa, in latam, leuem, & leuissimam. Quæ vtriusque cilius appareant, perpendendi sunt diligentia gradus, ex quorum incuria vel omissione, gradus culpa sulcipit. Cura itaque vel diligentia, circa res consideratur in iure exacta, communis & minor. Exacta illa dicitur, quam suis rebus prudentiores & diligentiores patres familias solent adhibere, præter ordinariam seu communem, vel vulgarem modum, §. item is cui res aliqua, qui mod. re contrahat. oblig. apud Iustin. Porro exactissimam non considerat, nec requirit ius diligentiam, quam vocat delatoriam, l. nec supina, de iur. & facti. ignorans. in P. & nimium curiosam, qualis est in delatoribus, qui ideo curiosi, tit. de curiosi, lib. 10. C. didi, & diligentia curiosa quoque delatoria. Diligentia & cura communis illa est, quæ communiter a prudentibus & bonis patribus familias, rebus suis adhibetur, l. quod Nerua, de positi. in P. ibi ad eum modum & c. d. §. is cui, quibus mod. re contrah. oblig. Minor diligentia circa res alienas consideratur, habita ratione moris eius, quo solet res suas tractare, vt et si negligens in rebus suis sit, tamen eandem diligentiam quam suis adhibet, rebus alienis quoque adhibeat, dicitur, l. quod Nerua sibi sitamen ad suum modum & c. His suppositis, nunc cape, latam culpam esse, non adhibuisse diligentiam, curam, vel operam rebus alienis, quam quilibet etiam parum diligens, rebus suis solet adhibere. Et hæc nimia negligentia dicitur, d. l. cedere diem, §. fin. & l. lata culpa, de verbor. signif. videlicet declinatio quedam prudentia, quæ quemadmodum natura nobis est infusa: qualis non cogitare naturales euentus, qui facile accidunt: velle nauigare aduersæ tempestatis tempore: supra modum equum conducendum onerare, vel ipsum longiori itinere vexare: seminare, aut merere temporibus incongruis, Bald. in l. que fortuitis, §. colum. de pign. actio. ignorare iura, l. de atate, §. qui tanto, de interrog. actio. l. leges, C. de legio. l. 12. de iuris & facti sign. in P. Dicitur quoque hæc culpa, magna negligentia, lata, & latior: magna culpa, & dolo, l. magna culpa, de verborum signif. id est, dolo præsumtus, & magna culpa dolo proxima, quod præsumtam in se fraudem contineat, l. quod Nerua, de positi. quia dolo facere videtur, qui non facit, quod facere potest, l. si procurator, §. §. fin. manda. lib. 17. in P. tit. 1. Vt dolo facere præsumitur, & dicitur procurator, qui non exigit, vel persequitur, quod exigere vel persequi potest, l. dolo est, 44. in l. glo. fin. manda. lib. 1. dolo, ad legem Falcid. in P. Non tamen culpa, dolo vere dici potest: verum quidem proxima dolo appellabitur. Simili modo contra doli alii, tantum culpam: alii, dolum & culpam simul considerant, l. contractus, de reg. iur.

¶ Proinde non omnis qui in nimia negligentia est, vel in lata culpa, statim in mala fide esse dicitur: puta, si in iure errauerit, & arbitretur se recte agere, cum tamen contra ius ageret, l. sed esse leg. 28. §. circa de petitis. hered. lib. 5. P. tit. 3. Qui autem in dolo est, proculdubio in mala fide erit. Quare in culpa non iuratur in iustem: dolo autem & contumacia iuratur, l. 2. & l. nalli, §. penult. de in lit. iurand. P. Atque pena, quæ dolo debetur, in ciuilibus quidem negotiis, ratione præsumtionis doli, ad latam culpam transfertur vt plerumque: in criminalibus autem, vbi de poena agitur corporali, non vtique, in l. 1. si menfor falsum mod. dice. lib. 11. P. tit. 6. Differunt & in aliis pluribus dolo & culpa, quæ libens prætermitto, l. Cornelia, ad l. Corn. de sic. P. Leuis culpa, est ommissio eorum, quæ diligens paterfamilias in rebus suis solet adhibere: ommissio, videlicet, diligentia communis, sed vide differentias in gl. in l. in actionibus, in verb. non etiam, de in lit. iurand. gloss. in §. suspensus autem, de suspectis tutor. apud Iustin. Hæc culpa leuis sæpius sine alia adiectione culpa dicitur, & nomine culpæ si nihil aliud adiectum faceretur, pro leui interpretanda, vt in l. si cum venderet, & l. seg. & l. ea regitur, de pigno. act. in P. dicto §. item is, cui res aliqua, & §. fin. quibus mod. re contrahit. oblig. l. in reb. commo. in P. l. socius socio, 73. pro socio, in P. quandoque autem pro lata, quam proprie dicuntur vocari culpam gloss. in l. filiofamilias, in l. 26. §. maritum, soluto matrimo. in P. & in l. si constante, §. si maritus eius, eod. tit. Sed facilis erit discretio, pro qua nomen inferuntur sit, si obserues que in contextu hypotheseon, cui inferuntur, dicuntur.

¶ Leuissima culpa appellatur ommissio curæ, & diligentia exactissima, l. cum res, 49. §. culpa, de legat. 1. docet gloss. in l. in venditione, §. de tempore locationis, in verb. ex culpa, de bonis ant. iudi. possiden. lib. 42. P. tit. 1. quæ vix consideratur, l. nec supina, de iur. & facti ignorans. Leuissima, non esse diligentissimum, l. contractus, de reg. iur.

reg. iur. omittere que diligentissimus facere posset. Bart. in l. si cum
 vendideri. §. si de pig. act. per l. in rebus. comm. p. facit textus in l. si mor-
 res. §. qui committunt. loca. in P. Culpa levis & leuissima puniuntur
 in damnis datis. toto titulo. ad leg. Aquil. c. si cui dignum. & de homic.
 non vtrique si commodatum factum fuerit gratia dantis tantum.
 Baldus. in d. l. qua fortuitis. pen. colum. nec in precario consideran-
 tur. nec in pignoris. leuissima. Bald. ubi supra. Impuratur tamē
 ei culpa leuissima. qui suis rebus adhibuit diligentiam. & qui alie-
 nis sibi commissis quoque adhibere poterat. glo. in l. etiam. §. i. so-
 lut. mar. Si depositum fiat gratia deponentis tantum. in actione
 depositi contraria. venit leuissima culpa. si seruus. §. id quod eni-
 densius. de furt. in P. In directis. si se depositarius obtulerit. tenetur
 de leuissima. a. l. i. §. si de dep. in P. si se non obtulerit. tantum de le-
 uis & latior. l. quod Nerys. eod. tit. in P. l. i. Cod. eod. l. contractus. de
 reg. iur. in P. Si depositarius tantum gratia fiat. depositarius qui di-
 recta obligatus est. tenetur de leuissima. l. si quis nec cassam. si cer-
 tum petat. in P. si contraria. tantum de lata. argu. l. si ut certo §. nunc
 videndum. commod. in P. si vtriusque. de leu. l. i. §. si de dep. in P. In
 mandato. quod fit gratia mandantis. si de directa agatur actione.
 & in mandato exequendo modica aut nulla exagatur industria.
 procuratori imputatur solum dolus & lata culpa. l. si fideiussor in
 prin. §. i. manda. sicut in depositario dictum est. Si autē aliquid.
 sed non magnae industriae exagatur. ut quia oportet emere. ven-
 dere. &c. venit dolus. lata & leuis culpa. in re manda. mandati. C.
 Quod si exactissimam diligentiam mandatum exgat. & quis il-
 lud susceperit. videtur se obligasse ad eam prestanda: unde de le-
 uissima culpa tenetur: vt si agatur de procuratore ad litē. l. a pro-
 curatore manda. C. de similibus. At in contraria actione agitur
 quoque & de leuissima culpa. l. si seruus. §. quod uero. & §. sequenti.
 de furt. in P. In tutela venit lata culpa. & leuis. & dolus. l. quicquid.
 C. ubi tutela. In actione negotiorum gestorum. venit & lata cul-
 pa. & leuis. l. 3. inter dum. de negot. gest. in P. In precario. & venit
 dolus. & lata culpa tantum. ante moram. l. quasi sum. §. illud. de pre-
 car. in P. post moram. & culpa leuis. d. l. quasi sum. §. ex hoc. Porro
 quod pertinet ad contractus in nominatos. habita ratione cotra-
 ctuum nominatorum. secundum naturam quibus assimilantur.
 & dolum vel culpam recipiunt. eum qui si se in speculatore. com-
 mo. in P. Ceterum in negotiis. quae ex vltima pendente testamen-
 taria voluntate. aliquando heres ex testamento percipit modica
 utilitatem. legatarii autem. aut fidei commissarii magnam. &
 tunc solus dolus & lata culpa consideratur. l. multo. §. sed enim. ad
 senatus con. Trebellian. in P. inter dum heres magnam. & legatarii &
 fidei commissarii paruum. & tunc venit leuissima culpa. l. cum res.
 §. culpa. de leg. i. Quemadmodum & cum aequalis utilitas ex testa-
 mento ad heredem. & legatarium pertinet. venit & leuis culpa.
 l. cum seruus. §. cum quid. de lega. i. iuncta l. si ut certo. §. nunc viden-
 dum. commoda. P. In summa. debitor si conueniatur. pro re actione
 reali. si possessor sit bonae fidei. non tenetur de negligentia. l. ei
 qui. §. si de peri. hered. si male fidei. tenetur. l. si quis possessor. §. sicut
 autem. de peri. hered. si vero actione personali conueniatur. si debi-
 tor in culpa. & creditor quoque in mora fuerit. debitori culpa
 negligentiae speciei non imputatur. l. si mora. de solutionib. l. si per
 emorem de periculo & comodo rei vend. Quod si creditor non fuit
 in mora. distinctionem adhibemus. num petat quod meum fuit:
 & tunc semper debitor tenetur de negligentia. siue circa rem. si-
 ue circa fructus. l. videamus. in prin. de vso. P. aut petam quod me-
 um numquam fuit. sed mihi debitum est: quo casu si circa rem
 ipsam negligentia sit. imputatur negligentia. l. si seruum. Strychum.
 ff. de verb. oblig. l. quod si nolis. §. qui mancipia de ad. edict. P. Si au-
 tem circa fructus. & si in mora non est. non tenetur de negligentia.
 l. venditor. §. quemadmodum. de hered. vel actio. vend. in P. post
 moram autem. tenetur. vel ad fructus. vel ad quod interest. secun-
 dum distinctionem Bart. in l. si filius. in fine. de verb. oblig.

De Casibus fortuitis. Cap. 12.

- 1 Casus fortuitus quid.
- 2 Quot sine casus fortuiti.
- 3 Casus fortuitus quomodo distinguitur ab improviso.
- 4 Fortuitorum casus. diuina & humana.
- 5 Quando quis tenetur de fortuito.
- 6 Quomodo a damnis fortuitorum casuum quis liberari vel releuari potest.

Q Via damnum. † aut interitus rei. & id quod interest. quod
 petitur. tanquam ex culpa vel dolo alterius proueniens. ple-
 rumque per exceptionem casus fortuiti eliditur: paucis quoque
 de casibus fortuitis. quorum ratio habetur. age dum est. Casus
 fortuitus dicitur. in reb. commo. in P. l. i. Cod. eo. tit. l. que fortuitis.
 de pign. actio. C. l. 2. §. si eo tempore. de administ. rer. ad eus ta. perti-
 nen. in P. id cui per humanum consilium non potest prouideri.
 vel resisti. nisi difficile. Pro quo idcirco nemo tenetur nisi sua
 culpa in eum incidit. l. penul. Cod. de vso. fruct. l. si. de praescrip. 30.
 vel. 40. annor.

† Sunt autem tot casus fortuiti. vt numerari nequeant.

† Estque casus fortuitus. diuersus a casu improviso. Quia im-
 proviso casui aliquando prouideri potest. & ob negligentiam.
 inibi culpa reprehenditur. & ob culpam damnatio fit: at in casu
 fortuito nequaquam. ut in l. qui occiderit. 30. §. in hac quoque a-
 ctione. & litem Mela. ad l. Aquil. in P.

† Accidit autē casus fortuitus. vel ex facto seu causa natura.
 vel facto seu causa hominis. Quae ex facto naturae ex in prouiso
 accidunt. dicuntur aliquando fatalia. l. cum duobus. §. damna. pro
 socio. in P. cuiusmodi sunt maris tempestas. naufragium. §. si is cui
 res. quib. mod. re contrab. oblig. l. contractus. in fin. de reg. iur. grandina-
 tio. sterilitas. l. licet. Cod. loca. c. propter sterilitatem. eod. tit. ap. Grego.
 fluminis imperus. valetudo. l. 2. §. si quis in iudicio si quis cauit. in P.
 mors. d. l. contractus. de reg. iur. vis maior. quam Graeci dixerunt di-
 cunt. l. si merces. §. vis maior. loca. in P. fluminum & gurgulorum
 incursus & damnum. l. ex conducto. §. si vis tempestatis eo tit. in P. lo-
 ca. & similia. Factus hominis accidit fortuiti casus. quales latro-
 num iustitiae. §. item is cui res. quib. mod. re contrab. oblig. l. i. C. de de-
 posit. d. l. contractus. de reg. iur. haustum infidiae. l. i. commod. C. l. ex
 conducto. l. 3. §. si vis tempestatis. loca. in P. d. l. i. de dep. si cerdium
 a facto hominis. d. §. item is cui. furtum. l. cum duobus. §. damna. pro
 socio. in P. l. dominus horreorum. loca. in P. vis priuata. falsa testimo-
 positio. iniqua iudicis sententia & similes. Fortuito damna acci-
 dentia ex fato. non considerantur. utpote quae ex voluntate faci-
 entis. facta non videantur. Vlpian. in l. 2. de condit. & demonstra. in
 P. lib. 35. tit. i. nihil interest. l. 3. 2. ad leg. fal. de adult. in P.

† Ceterum dolus malus praecedens casum. casu superueni-
 ente non purgatur. l. si heres dolo malo. de noval. actio. lib. 9. P. tit.
 4. Item si culpa praecedens veniat vel cadat in moram. proculdu-
 bio post moram quis tenetur de casu fortuito superueniente. l.
 quod te si cert. petat. in P. l. si ex lega. causa. de verb. oblig. in P. Quod
 si culpa praecedat. quae in moram non cadat. si ea culpa non est
 ordinata ad casum. id est. si talis sit culpa. ex qua non possit casus
 orti vel contingere. qui commisit. non tenetur ob eam rem de
 casu. l. non omne. de statu liberis. in C. si autem ordinata sit ad casum.
 & is sequatur propter illam culpam. tunc de eo tenetur. l. si ut
 certo. §. inter dum. & ibi nota Bartol. commod. litem Mela. & l. qui
 occideris. §. in hac. ad leg. Aquil. P. At si culpa talis non sit. quae sit
 ordinata ad casum qui contigit. distinguit Bartolus an in facien-
 do. vel non faciendo consistat. vel commissa sit: si in non facien-
 do. non tenetur quis de casu ob culpam. l. & in totum. de impens.
 in reb. dota. fact. Si in faciendo. distinguitur. an factum non cadat
 in delictum. vt tunc non tenetur de casu. l. si §. i. ad l. Rhod. de act.
 aut si cadat in delictum. num delictum committatur circa rem
 aut circa vsum rei. Si enim culpa vel delictum cadat circa rem
 ipsam. tenetur qui in culpa. de casu fortuito postea eueniente. l.
 ita vulneratus. ad l. Aquil. si circa vsum rei. contra vt non tenetur
 de casu fortuito postea eueniente. l. qui furtum. de conditio.
 fortuna in P. Si quis tamen periculo temere se obiciat. reus
 culpae. & debiti est. l. cum duobus. §. damna. & §. qui sagariam.
 loca. in P.

† Porro si quis velit a damnis casuum fortuitorum liberari.
 vel releuari. operae pretium est. vt coram iudice loci. vbi conti-
 gerint. attestaciones testibus adhibitis de illis eoponat intra an-
 num: nam postea non audietur. l. 2. & 3. de naufragio. l. 11. C. si. vide
 Antonium de Curcio. in singul. in verb. testis. incipient. testis. vbi a-
 liquis patitur. &c. nec interest sint ne vocati quorum interest. si
 longe absint: verum si prope vocandi. si vocari commode pos-
 sint. vel salua & remanente illis. quam dicunt se habere. exceptio-
 nem. vt in aliis. c. quoniam frequenter. vt litem non constituta &c. apud
 Greg. l. generaliter. §. his de praesenti. Cod. de reb. cred. l. laudabile.
 iuncta gl. si. de aduoc. d. iur. iudic. quod obseruare maxime debet
 redemptores. seu conductores fructuum. beneficiorum: videlicet vt suo
 tempore & dum certa iactura colligi potest ex fortuitis casibus.
 estimatores & testes idoneos adhibeat. Na qui casum obicit. de-

ber illum probare. *l. testium facilitatem, & ibi gloss. & l. fin. C. de testib. lib. 4. tit. 10. l. si de possessione, 20. C. de probatio. Sunt & casuum probationes, quae fidem recipiunt ex ipsa naturali iustitia, vt non egeant iuris solemnitate. in l. scire oportet, 15. §. si sufficit, de excusa. tutor. lib. 27. P. tit. 1.*

De Dolo. Cap. 13.

- 1 de Doli ditione, & quid in genere.
- 2 Doli ditionis in bonum & malum, & quid vterque.
- 3 Dolus reipsa quid.
- 4 Dolus malus quid, & de fraude.
- 5 Dolus bonae fidei contrarius, & crimen habet.
- 6 Quare non datur nisi ex magna causa actio de dolo.
- 7 Quae praesumant subesse dolum.
- 8 de Actione de dolo, & pro quibus datur.
- 9 Rationes actionis, cum de dolo agatur.
- 10 Res quomodo in dolo consideranda.
- 11 Quomodo persona.
- 12 Quomodo negotia.
- 13 Dolus quomodo, & quando compensetur.
- 14 Quomodo dolus admissus emendetur per actionem, & exceptio nem.

In finitione eius quod interest de dolo meminimus, quare & de illo capitanectimus, quod etiam omnibus conuentionibus commune sit. Doli dicitio, tam Graecis, quam Latinis in eadem significatione communis est, & significat id omne quod simplex non est. Sicut Aristophani in *Pluto*. *δολος* est contrarius ἀπὸ δόξαι & εἶναι, id est, simplicissimis moribus. Et in hac generali appellatione, recte dicitur dolus, aliud facere, aliud simulare se agere. *l. iuris gentium, 7. §. dolo malo de pact. in P. Cicero 3. Officio.*

¶ Ita fraus, & machinatio, ad fallendum aliquid. *l. 1. §. dolum, de dol. in P. lib. 4. tit. 3. vel ad se suaque tutanda. Et proinde duae doli species adferuntur, vt alius sit dolus bonus, alius dolus malus. Non fuit, inquit Vlpianus praetor contentus dicere dolum, sed adiecit malum: Quoniam veteres etiam bonum dolum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem latronem ve quis machinetur. *Vlpian. in l. 1. §. non fuit autem, de dol. in P.* Mendacium perplexum est, & dolo plenum, *Suid. in verb. δόλος* & ab ita in proverbium, *δολὸν ἐστὶν ἠμῶν μεγαλειότης μηχανῶν*, id est, sed adest nobis quaedam Megarica machina. Improbis enim obiciebatur Megarensibus: quia alia dicerent, alia facerent. *idem Suidas in verbo δόρα.* Et dolum bonum dixit Iurisconsultus, si is qui imprudenter emerat rem domini, cuius negotia administrat, & vsu capebat, bono dolo aliquem supponat, qui rem ab illo euincat, ne negotiorum gestorum nomine reatur. *l. atqui nauarra §. cum me de neg. gest. in P.* Et *Vander Laedae* meminit solebat dicere, vbi leontina pellis non sufficeret, vulpinam esse assuendam. *Emil. Prob. in vita Lysan. & Cicero. 1. Officio.* Sic enim sepius in piscatu emittunt atramentum, vt turbato loco, in quo sunt, lateant. *Suid. in verb. δόρα.* Neque dolo malo facere videtur, qui iure suo vitur. *Vlpian. in l. quod ait lex §. 3. §. is autem, de libero homi. exhibend. lib. 43. P. tit. 28.* Estque supplantatio alterius & deceptio plerumque, si in modum facientis iure aliquo approbatum, vertatur, iure diuino non improbat, vt quando dolose Iacob subripuit benedictionem fratri Esau. *Genes. 6. 27. Osee c. 12.* Et certe in hoc dolo, vere dolus non est: quia intentio non ex malitia consilium capit, alterum vt decipiat, sed consilium capit potius, vt sibi prosit. Quare potius astuta suorum negotiorum dicenda tractatio est, quam voluntas alterum decipiendi. Quo forsitan modo licet se circumferbere inter contrahendum, ratione pretii & valoris, id est, suam meliorem conditionem, sine malitia tamen, facere. *l. in causa. 17. §. penult. de mmo. in P. l. item si pretio, §. quem ad modum loca. P.* voluntates enim hominum non improbantur, quae ius suum melius facere tentant mediis licitis. *l. si voluntate. C. de rescin. vend. Est & bonus dolus, cum quis astute alium malo reuocat, & ita eius intentionem frustratur & interceptit. *quo D. Paulus Corinthios ad lumen Euangelii deduxit. Ego, inquit vos non grauavi sed cum essem astutus, dolo vos cepi. emt. 2. ad Corinth. 12.* Sic David quoque, *Supplantasti, inquit, Deus in surgentibus in me. P. sal. 17.* ¶ Accedit dolo bono dolus, qui solum reipsa dolus, seu deceptio ultra dimidiam iusti pretii est, sine eo tamen filio vel intentione decipiendi alterum. *gloss. & text. in lib. 2. de rescinden. vendit. l. si quis enim abier, 26. cum siml. de verb. oblig. in P.* Cui de-**

ceptioni ex re si accedat consilium vel calliditas, fit impetratura. *l. 3. §. idem si quis impetraturam de crimine stellio.* fraudem tamen melius dici puto, quando re ipsa fit sine consilio deceptio. *glo. in l. iuris gentium, §. sed si fraudandi, de pact. in P.* quauis & fraus confideranda, quod pertinet ad poenam, potius ex consilio, quam ex euentu. *l. fraudis, §. de reg. iur. P. §. ¶ Dolus malus vere, ex qualitate fit. 4. tit. non ex quantitate pretii aestimatur. l. dolus. 10. C. de rescinden. venditio. l. dolum, C. de dolo. l. aut praetor, §. proinde de minor. 25. annis.* & in faciendo potius quam in re consistit. *gloss. in l. iuris gentium, §. dolo, de pact. in P.* habetque calliditatem, *l. dolo malo, de seruo corrupt. in P.* abscondita videlicet mentis machinatio. *l. fin. & ibi Baldus, C. de litig. atque calliditas in tacendo eo, quod exprimi debebat, l. 1. §. 1. de act. emt. in P.* & fallacia dum quis falsum asserit & mentitur, *l. si quis affirmauerit, §. 1. de dolo in P.* aut mendacium profert, aut machinatur. *l. Julianus, §. idem Iulianus, de actio. emt. in P.* Inibi & fraus, quando ex facto dolo alter laeditur secreto & clam. Sic enim Cicero, *V. 1.* inquit, aut fraude sit iniuria: *f. aut quasi vult pecule, vis, leonis videtur, quumque ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. Cicero 1. Offic.* Vt non immerito maiores, & crimina fraudes dixerint. Et capitalem fraudem admittere dixit Vlpianus, id est capitale crimen. *in l. 1. §. 1. versic. item si quod, de adit. edit. lib. 21. P. tit. 1.* Et ita dolo inest fraus, quae consilium habet. *l. iuris gentium, §. sed si fraudandi, de pact. in P.* Pluribus, autem explicat Vlpianus, Paulus, Caius, quid fit in fraudem facere, quos consulas oportet. *in l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. quae in fraud. credito. lib. 41. P. tit. 1.* Referunt & fraudis nomen, ad eum, aduersum quem dolus admittitur. *vt in ius. si quid in fraud. patron. §. in fraudem ex qui. caus. manumitter. non lice.* dolum ad eum, qui committit: Attamen plerumque dolus, & fraus appellatione confunduntur. Labeo, vt omnes doli species complecteretur, doli mali definitionem latiore dedit & explicauit, dolum malum dicens, esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem, ad circumuentionendum, fallendum, decipiendum, alterum adhibitam. *l. 1. §. dolum, de dolo. P.* Calliditas, astutia & dolus, deceptio in animo. *l. 1. §. pen. de actio. emt. P.* fallacia in ore & in mendacio, *l. falsus, 44. §. si quis de furt. lib. 47. P. tit. 2.* machinatio vel bonum, ad decipiendum compositio & artificium. *l. Julianus, §. idem, de actio. emt. P.* ¶ In summa, dolus malus contrarius est bonae fidei, *l. si dolo. 5. C. de rescinden. vendit.* ex mala fide procedens, & ex peruersa circumuentioni voluntate. Et proinde criminis habet speciem. *gloss. in l. 1. de fideiuss. P. textus in l. 1. §. plane ibi proprii delicti poenam iubet. de iurel. & ratio dist. in P. melius in litem exigat, 17. de dol. P.* Et Deus vt viram sanguinum, ita & dolum abominatur. *P. sal. 5.* Et eum qui egit dolum in lingua sua, a regno aeterno excludit. *P. sal. 11. imo & viri sanguinum & doli non dimidiabunt dies suos. P. sal. 54.* Et filio doli non nihil erit boni. *Proverb. c. 14.* Atque regnum transferretur de gente in gentem non solum propter iniustitias & iniurias, sed etiam propter diuersos dolos. *Ecclesiast. ca. 10.* Beatus contra dicitur, cui non imputabit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. *P. sal. 31. Esai. ca. 53. can. finem. §. eligat, de poenit. dist. 2.* Idcirco qui dolum imponit alicui ducide materiam doli, consilium videlicet fraudulentum probare debet, & a quo fiat, secundum quid, cui & quare. Nam non nisi ex magna causa, & ex evidenti calliditate datur actio de dolo. *l. §. eleganter, 7. §. fin. de dolo. in P. l. dolum, C. eod. nec praesumitur dolus facile, nisi probetur. dist. a lege & eleganter. §. fin. l. quoniam, §. qui dolo de probatio. l. si quis affirmauerit, versic. si callide, de dol. in P.* Nec sufficit ad dolum imponendum, sola doli contestatio, nisi accedat probatio, *l. dolum, C. de dol. l. si maior. 25. de transact. in P.* paucis tamen exceptis, in quibus praesumptio iuris dolum indicat: veluti in eo, qui scit ad quippiam faciendum se teneri, facereque potest, sed non vult. *vt in l. si procuratorem. §. dolo. & l. dolum mandat. in P.* Item si actus qui fit, per se malus sit, dolus inibi praesumitur absque alia probatione, vt si homicidium fiat. *in l. 1. & ibi gloss. ad l. Cornel. de sicar. C. c. 1. de praesumptio.* Subinde tertio loco, si actus qui publice fieri debet & solet, clam fiat, dolum inesse ostendit. *l. fin. de rit. nupt. in P. & l. non intelligitur. §. si quis palam, de iure fidei. P.* Sunt & alae peritales negotiorum, quae dolum inesse, praesumptio significat, colligenda ex illis, quae geruntur, & ex legum determinatione. *quibus in Lomnes, §. Lucius, quae in fraud. credito in P. & in §. item si quis in fraudem, de actio. Actio de dolo antiquitus non pro omnibus negotiis doliis erat a legibus prodita, §. si oleum, 10. §. fin. de dolo in P.* sed tantum pro aliquibus, atque secundum illas formulas tantum agi poterat. Nam primum a lege 12. tabularum de ius coercebatur in tutela commissus: secundo, ex lege 12. tributa circum-

descriptio adoleſcentum plebebat. Tercio, sine lege in iudiciis quibus ex bona fide agebatur. Cicer. 3. Offic. C. Aquilius postea, prator ætate Ciceronis, formulas alias introduxit de dolo malo...

¶ Rationes autem huius edicti, tres esse possunt. Prior, quod cum crimen dolus sit, oportuit circumcidi nocendi licentiam: & puniri, l. conuenire, de pactis dota. in P. l. ita vulneratus, ad legem Aquili in P. Item 2. ne malicia, malis sit lucrosa. l. 1. Et ne ex dolo, de dol. in P. l. verum, §. tempus, verſic. hoc quoque, pro ſoc. in P. l. non fraudantur, de reg. iur. l. hominem manda. in P. Et ne simplicitas sit bonis damnosa, §. sed quia, in 2. de fideicommiss. heredit. l. verum, §. tempus, pro ſoc. in P. Nec malitias hominum indugendum est. l. in fundo, de rei vind. P. Et inter bonos & graues, bona fide agere oportet, atque ex damno lucrum subire æquum non est. Caius l. itaque, 29. §. 1. de dol. in P.

¶ Consideramus itaque in dolo res, circa quas dolus fit, personas, & quod geritur. In rebus, pro modicis summis uon dari actionem de dolo, placuit, vsque ad duos aureos. Vlpian. in l. si uoluminum, 10. §. fin. Et Paulus, in l. idem est, 11. Et seq. de dolo. in P. In aliis pro his actio datur quæ dolo facta sunt. l. 1. de dol. in P. l. confus. 28. de reg. iur. Vt si quis non restituit, quod potest restituere. l. si procuratorum, §. dolo facti, manda. in P. Et generaliter, dolus committitur tam in contractibus, quam testamentis & legibus. l. 1. §. si de dolo mali except. lib. 44. Titul. 4. Et vit negotium aliquod est tam bonum sanctumve, quod non sit expulsum doloſis hominum machinationibus: ut per singula ea persequi, non tam difficile, quam impossibile sit. Debet tamen qui de dolo agit, scire quæ in re circumscriptus sit, nec in tâto crimine vagari oportet: exigitque prator, ut comprehendatur, quid dolo malo factum sit. l. item exigit, 17. de dolo in P.

¶ In personis notat Vlpianus, quibusdam non dari actionem de dolo aduersus certam: ut puta, liberis, & libertis, aduersus parentes & patronos: sed nec humili, aduersus eum qui dignitate excellit: non plebeio aduersus consularem: receptæ auctoritatis: non luxurioso aut prodigo, vel alias vili, aduersus hominem emendationis vitæ, sed in horum persona dicendum, in factum, & verbis temperandam, actionem dari, ut bonæ fidei mentio fiat. l. non debet, 12. de dol. in P. de patre & patron. in l. 2. de obſeq. a liber. Et liber. parent. & patron. præſtan. lib. 37. Titul. 15. l. 4. §. aduersus parentes, de dolo mali except. Quamuis aduersus heredes harum personarum possit dari, & heredibus earum, l. heredibus, 14. de dolo. P. dumtaxat, ut in aliis, in quantum de dolo ad eos peruenit. Vlpian. l. si plures, 18. §. 1. de dol. in P. In municipes quæ de dolo non datur actio: nisi si quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res administrant, l. sed si ex dolo, 16. §. 1. de dolo, l. 1. de libert. vniuersita. nam & illi, ut de iurisdictione, de dolo suo conueniantur: d. l. sed si ex dolo, §. de dolo in P. Sic dominus de dolo procuratoris tenetur, in quantum ad illum peruenit, at procurator de dolo suo proculdubio tenetur in solidum. d. l. l. sed si ex dolo, §. item si quid. Nec in pupillum de dolo actio datur, nisi forte hereditario nomine conueniatur, vel si proximus pubertati sit: maxime, si locupletior ex hoc sit factus. l. hered. bus §. fin. de dol. in P. Et proinde in hac actione designari oportet, cuius dolo factum sit, & erga quem. d. l. sed si ex dolo, §. si.

¶ Negotium porro, & quomodo actum sit, expedit in doli quaestione perpendere, ex substantia, & accidentibus modisque distinctionis, ut non immerito huius quaestioni & edicto, causæ cognitionem prator inferuerit. l. 1. Et l. si oleum, 10. §. fin. de dolo in P. l. 2. C. eod. Nam qui iure suo utitur, non videtur dolo facere, l. non videtur, §. 6. de reg. iur. necis, qui iusto iudicis, cui parere decet, fecit. l. non videtur, 128. §. 1. de reg. iur. P. non si ius publicum sequatur, l. nihil consensus, 117. §. 1. eod. tit. de reg. iur. l. 1. si quis omiſſa causæ testam. Cod. si consentientem & scientem fraudasse dicitur: non enim huius dici potest fieri dolo, vel fraus, l. nemo, 188. de reg. iur. l. de fideicommiss. 11. Et l. cum donationis, 34. C. de transactio. l. 1. §. intelligatur, de edil. ed. Et in P. l. 1. §. fi. de actio. em. in P. cum simil. Inquirimus etiam, ut si magna causæ, & euidentis calliditas. l.

Et eleganter, §. si de dol. P. ¶ Et num dolus vtrique in ter negotium gerentes fiat: nam dolum dolo compensari & elidi placuit. l. domum, de contrahend. emtio. P. l. final. §. sed et si stipuler, de eo per quem facti erit quominus in iudic. sibi. P. l. si duo, 37. de dolo, P. l. si ambo, de compensatio. P. Vt paria delicta mutua compensatione tolluntur. l. viro & uxore, solu. mar. in P. l. cum par delictum, 197. de reg. iur. P. Quo fit, ut contra exceptionem doli mali, non detur doli mali replicatio, iniquumque visum est communi malitiam, petitori quidem præmio esse, ei vero, cum quo ageretur, pœnæ esse. Vlpian. in l. apud Celsum §. Marcellus, de dol. mali. ecce. in P. Quod intelligendum erit, quando dolus ex vtraque parte circa eandem rem commissus est: diuersam enim, si ego in vno negotio dolum tibi feci, tu mihi in alio. Nam tunc vterque nostrum pro dolo agere, sine compensationis d. li metu potest. Marcellus in l. colonus, 12. Et Papinia in l. cum fundum, 18. de vi & vi arma. P. Vlpian. in l. quem admodum, 38. §. 1. de nox. a. actio. li. 9. P. titu. 4. Subinde ignorandum non est, compensationem hanc in delictis admitti priuatis: non autem in illis, quæ vindictam habent publicam. l. 2. §. si publico & l. si vxor. §. index, ad leg. Jul. de adulter. in P. Siquidem compensatio non fit, nisi cum vero debitore. l. 1. Et toto iure de compens. in P. Qui autem dictum admittit publicum, obnoxius, & debitor est ratione pœnæ, reipublicæ, cuius interest delicta puniri. l. ita vulneratus, ad leg. Ag. in P. Et proinde compensari cum priuato crimen hoc non potest: sed vnumquemque pœnæ sui delicti parti oportet, & ex suo admisso forti subiicit cum, nec alieni criminis successor constituitur, l. crimen patrum, 26. de pœn. in P. l. sanctimus, Cod. eod. titu. neque delictorum concurrentia facit, ut alienius detur impunitus. l. nunquam, 2. de priuatis delict. in P. lib. 47. P. tit. 1. Perpendimus etiam modos emendandi dolum commissum, vel per viam actionis, vel exceptionis: nam interdum, ut paulo ante sup. ca. 1. 2. diximus, dolus dat causam contractui bonæ fidei, & ipso iure tunc corrumpit. l. eleganter, de dolo, §. l. Iulianus, §. si quis colludere, de act. em. in P. l. in causis, 2. de minor. 25. annis. P. l. iuris gentium, §. prator ait, de pact. P. In aliis autem stricti iuris, vel per exceptionem, vel per actionem dolus emendatur. l. dolo, Cod. de inutilib. stipulat. l. metum in magna, §. sed quod ait prator, de eo quod met. cau. læsus tamen dolo ei gere potest, nam velt contractum, vel negotium approbare vel improbare. l. qui nondum, de hered. vel actio. vendit. C. Is tamen qui commisit, nec allegare, nec improbare potest in proprium commodum. l. 2. §. verba itaque ad senatus con. Vellei. Quo imo privilegium quod in negotio doloſo competere alioquin, dolo commisso amittitur. l. in transactio. C. de transact. Porro ex eadem causâ proposita est doli exceptio ex qua & actio. l. 1. de dolo mali. except. Permittitur autem & replicatio de dolo, nunc per diuersum: olim tantum intra annum. l. fin. C. de dolo. Quamuis in factum actio, in quantum quis ex dolo consequitur perpetuo duret, & contra doloſum, & contra heredes. Vlpian. in l. que ritum, 31. §. fin. de peculio li. 15. P. tit. l. in heredem, de dolo. in P. Singulare & illud est, exceptionem doli perpetuo durare: quia ea vti non possumus, nisi cum contra nos quis experitur. Contrarium autem in actione quæ potest opponi ad arbitrium agentis §. in l. que situm, 13. §. fin. in verbis statutum tempus, per l. pure §. si. de dolo mali except. P. l. si pactum, 6. de exceptio. li. 8. Citu. 36. Nec obest agenti vel excipienti de dolo, quod pacto dolus remissus sit futurus: nam pactum illud ratum non est, nec valet in vero dolo qui remitti nequit: quæquam de præsumto furro admitti possit, ut de vero præterito. l. si vnus §. illud, & ibi Paul. Castrenſ. de pact. in P. l. in commodato commoda enim P. l. quidam decedens, 6. de admini. tut. P. Si quidem pacta, quæ delinquendi præbent causam, iure repudiantur. l. conuenire, de pact. dotali. P. l. alia causis, §. eleganter solut. am. in P. Arque ideo in omni generali remissione, & approbatione negotii gelli, continetur exceptio doli mali. Scauol. in l. Pomponius, de nego. gest. lib. 3. P. tit. 5. l. Aurelio, 21. §. Caius, de l. heratio. lega. lib. 3. P. titu. 3. l. si quis ratione, 10. eod. titu. a. Modestinus in l. tres fratres, 36. de pact. in P.

De Mora. Cap. 14.

- 1 Continuat. Et Mora quid.
2 Diuisio moræ & materia seu rei, & methodus dicendorum.
3 Quomodo interpellatione mora committitur, & de diuersis modis interpellandi.
4 Interpellatio vnica ad moram sufficit.
5 Mora creditoris quomodo, & quando committatur. Et de oblatione reali & verbalis.

- 6 *Mora exigit culpam, aliter non nocet.*
- 7 *Mora & culpa quomodo excusatur ex parte rerum.*
- 8 *Quomodo ex parte personarum.*
- 9 *Quomodo ex parte negotiorum.*
- 10 *Viuitates & effectus mora. i. vt perpetuet obligationem.*
- 11 *2. Committatur poena.*
- 12 *3. Debeatur usura, fructus, & quando.*
- 13 *4. Vt desinat estimationem.*
- 14 *5. Damnam condicatur.*
- 15 *6. Poenam infligatur.*
- 16 *7. Succedat id quod interest.*

1 **C**onstantissima et superioribus tractationibus eius quod interest, culpa, & doli est de mora notio, quae in debitis perfoluendis frequentissimam habet quaestionem. De ea itaque etiam in genere dicemus, prout Iurisconsultis conuenit. Mora est, dilatio temporis, debiti soluendi, vel recipiendi cum culpa. Mora est dilatio temporis, *quod debetur, de peculio. in P. l. contra maiores, 16. de inoffic. testam. lib. 3. Causul. 8. l. si debitori, de iudic. P. auth. sed & his, de temp. appel. C. & in genere ad alia quam ad debitum perfoluendum, vel respuendum pertinet: & ita dilatio in finitione nostrae mora, pro genere: vt & mora, quae dilatio vel expectatio est, vt apud Ciceronem, *Philip. 6. Cum bellum nefarium reipub. viderem, nullam moram sequendi Antonium interponendam putavi.* Et apud Terentium, *in Andria. Sequere me intro, ne in mora sis.* Vnde mora potest esse sine vitio, sine culpa, & cum illis, parua & innoxia, quae non nocet, *d. l. si debitori meo, de iudic. P. vt quae non magna, quae sine culpa est. l. item verberatum, 15. §. si. de rei vindic. lib. 6. P. tit. 1.* Veluti ea vitiosa negotiis solet vt plerumque esse, quae longa: quia sero medicina paratur.*

Cum mala per longas conualuere moras. Ouidius de Trist.

2 **¶** Verba finitionis debiti soluendi & recipiendi, indicant morae diuisionem, vt alia sit debitoris, alia creditoris, *l. illud, 17. de periculis, & commo. rei vendi. lib. 18. tit. 7.* apparet quoque materia morae, nempe debitum, *l. sed si ex stipulatu, de verbor. oblig. P. & a quo mora committatur, & ex formulis legum, secundum quas, per interpellationes & alios modos committitur, & cuius causa, & propter quid inducta haec mora puniuntur, & quare, effectibus demonstratis, consideratisque reliquis classibus speculi artis Syntaxeon nostrarum, ex quibus strictim methodum substruam. Moram debiti committere dicitur, in non soluendo, *l. quod te, 5. si certum petat. l. si ex legati causa, 13. de verbor. oblig. P. creditor autem in debito non recipiendo. l. accipiam, de vsur. C. l. debitor vsurarius 7. eod. tit. in P.**

3 **¶** Committitur autem tunc debitoris mora, si is statim cum scit, vel posset intelligere se debere statim rem, non soluit vel non praestat, *dicta l. quod te, & dict. l. si ex legati vel occidit. l. fundum Cornelia. de nouat. P. Dico statim rem, quia si ante moram res perierit, non tenetur. l. si homo moruus, de verbor. oblig. §. conditiones, eo. tit. ap. Justin. Et sic impossibile, remanet sine obligatione, *l. non solum, de actionib. l. impossibilium, de reg. iur. c. nemo potest eo. tit. in lex. §. 1. de inutilibus stip. cum similib. vt non exigatur ideo solutio, neque mora fieri dicatur, quia nulla datur peritio. l. si pupillus, de verbor. oblig. & dicta l. sed si ex stipulatu. eod. tit. In aliis autem vbi petitio locum habet, mora fit, si non soluat debitor cum quis sciret, vel scire posset soluendum esse. Potest autem scire multis modis: veluti si interpellatus congruo tempore & loco, seu legitime monitus debitor, non soluat. *l. si ex legati causa, de verbor. oblig. lib. l. illud, de periculo & commo. rei vindic. l. mora, 33. de vsur. in P. l. Titia, 36. §. si. de legat. 1.* Et haec interpellatio triplicis generis est, diei, legis, & hominis. Dies namque adiecta solutioni faciendae, satis interpellat, & moram inducit efficaciter, nisi fiat. *l. magnum, de contrahen. & committen. stipulatio. l. si. de condi. triticar. Lex autem instat & monet sine hominis facto: & ideo si secundum eam, quid non fiat, vel non praestet, moram quis incurrit & damna eius, veluti si constituat tempus soluendi vel faciendi, vt in *l. fin. §. praeterea, C. de iure dotium, & in l. 2. Cod. de iure emphyteut. aut si constituat moram ratione rei sine interpellatione committi: quo casu re ipsa mora committitur, & mora in rem, *l. si. C. de conditio. ob turp. causam, & irregularis mora dicitur: veluti si non sit cui denuntietur, vt in *l. sed et si reipubl. 23. §. 1. de vsuris. P. vel si de ea agatur quae fauore minorum, perinde debitores eorum facit morosus, ac si moniti fuissent. l. in minorum Cod. in quib. causis in integ. restituit. non est necessar. Nam & haec, vix aut nunquam in maioribus locum habet, *gloss. in l. videamus generaliter, l. 38. in verb. fin. in rem, de vsur. in P. cum iure communi, non ex*******

re, sed ex persona mora oriatur. *l. mora, de vsur. in P.* Alia item species mora legalis in fure, qui semper in mora censetur esse, quod non restituit furtum, cum sciat, vel scire debeat, vtque interpellatione non indigeat, vel alienum possidere, & teneri restituere. Et ita perpetuo tenetur de interitu. *l. subraffo, C. de fur. l. si. C. de condit. ob turp. causam. l. si. de conditio. fur. in P.* quia perpetuo per eum sufficit videtur, quominus non soluerit: eoque exillimare deberet rem, quae ad le non pertineret, ad alium pertinere deberet, *l. fin. C. vnde vi. retinendo per eum sufficit certum est, quominus dominus possideret: quare ex culpa & de interitu rei tenetur, l. 1. §. denique Iulianus scribit, de vi & vi arma. in P. l. 43. tit. 15. a quo tamen liberatur, si ante interitum moram purgauerit, & rem obtulerit. vt *l. si. de conditio. fur. Interpellatio per hominem fit, vel voce, vel aliis modis, quibus moneri & intelligere potest debitor se soluere oportere, dicta l. quod te, si cert. pet. P. l. si ex legati causa, de verbo oblig. Clemen. final. vt licet non conuictus. in Clemen. vel in iudicio petitione exposita. *l. vinum, ibi per iudicem petiit. de verb. oblig. vel extra iudicium, l. nemo, rem suam 82. §. 1. de verb. oblig. vel per litteras: nam & per eas voluntas cognoscitur scribitis. l. Paulus, 47. §. quero, de bonis libertor. lib. 38. P. tit. 31. dummodo fiat interpellatio loco, & tempore debito, non alias, *l. cum filius familias, §. fin. de verb. oblig. l. mora, de vsur. & sint personae, quae capaces sint denuntiationis, alioquin & frustra interpellantur, veluti si pupillus interpellatur, *l. sed si ex stipulatu & l. si pupillus, de verbor. oblig. nulla mora, de reg. iur. quia nec is capax est solutionis faciendae. l. quod si forte, §. fin. & l. sequent. de solutio in P. Item si persona non adfit quae interpellanda: pro interpellatione habetur protestatio creditoris, quod non possit interpellare & testatione comprehendere, & pro petitione id erit. *l. 2. de nautico fenerator. in P. lib. 22. tit. 2. ¶* Porro controuertunt interpretes, num vnica interpellatio sufficiat extraiudicialis, an plures exigantur ad moram constituedam. Ego autem vnica sufficere legitime factam, ex qua intelligere debitor potest, se soluere, vel facere, vel dare oportere. *l. quod te, si certum pet. in P. l. si ex legati causa, de verbor. oblig. P. Nec qui satis certus est, amplius certior fieri debet. l. 1. §. fin. de acti. em. in P. l. 1. de dot. praeleg. P. Atque in hoc distinguo moram, quae vna interpellatione committitur, a contumacia, quae non iustitibus, aut vna solemnibus, quae res continetur, nascitur. *l. tres denuntiationes, C. quomodo, & quand. de iud. Cad. peremptorium, de iud. in P. l. contumacia, §. contumax, de res iud. in P. Cuiusmodi causae abze sunt a mora consideratione alienae, quae exigunt triplicem mentionem praecedentem: veluti de magis de iudice deponendo, ob denegationem iuris factam clericorum, trina requisitio praecedere debet. *l. statim, C. de episc. & cler. Et si quis suspectum cum vxore de adulterio velit occidere, ter ante congressum vxoris, ph bete debet, *auth. si quis ei quem. C. l. de adul. & de iud. priuandus cliens, prius ter vocari debet. §. 1. de milite v. al. l. 2. Fendorum, si. 22. Sunt & alia his similia, vt in c. ex literis, de consue. & ca. 1. de sup. plenda neglig. praeleg. l. si conuenerit, de pign. act. in P. l. 2. Emlitus Lar. gia. de minor. l. 1. de libell. dimiss. P. Verum non inficias eo, & posse saepius interpellationem factam inueniri, vt in *l. si mandato, §. illi illi solutem, manda. in P. Ceterum dico, & quamuis saepe non interpellatur debitor, vnica legitima interpellatione posse in mora constitui. ¶* Mora creditoris tunc committitur, quando oblatum debitorum a debitor, & depositum legitime, suo loco & tempore, creditor illud non capit, quo casu mora nocet creditori, & a periculo interitus liberatur debitor, *dict. l. accipiam, C. de vsur. & l. debitor vsurarius, eo. tit. in P. l. 2. §. si. C. de iur. emphyteo. l. obsequatione, C. de solutio. l. si solutus, 39. & l. qui decem, 72. eo. tit. P. l. illud, de pers. rei vend. P. quia damnum hoc culpa creditoris aduenisse videtur, & illi imputandum. Vt quando eius opera res perit, *l. si opera creditoris, de doli mal. except. in P. quae omnia intelligenda cum temperamento. Primum vt ita demum periculum & mora creditoris sit, si res, quae oblata & consignata est, fuerit sine die pure debita: nam si dies dicta fuit solutioni cum poena, & post moram suam, debitor transacta die obtulerit, poena semel commissa praestanda est, nec purgatur mora commissa, obligatione. Contra, si quid dare quis dumtaxat teneatur, *l. Celsus ait, 28. de recept. arbitri. in P. quia semel mora facta a debitor, qui rem integram obtulit, & obligauit creditori, per mora creditoris tollitur, paulo citius proximo legibus & l. semel mora sol. mat. l. si duo, 16. §. si. & lege, sed. §. alia die, l. 17. de constit. pecunia, lib. 13. P. tit. 5. dummodo quod ob signatum est, alii obligatum non sit, *l. creditor, 102. de solutio in P. & consignatum debitor in vsus suos non conuerterit. l. debitor vsurarius, de vsur. in P. l. qui potior, in pign. habeant. C. Nam nec aliena*************

aliena res in solutum dari potest: nec consignatio constare videtur, quae reuocata est. Et proinde, si labialis obligatio extra iudicium, non constituit creditorem in mora, quia nulla consignatio seu depositio adest, quae requiritur, & realis est. Quamuis in iudicio labialis obligatio pro consignatione habeatur, si rem alienam. in 9. §. si de pigno. at. propter iudiciorum auctoritatem, quae sine effectu obligationes, si acceptentur a creditore, non paterentur abire. *Confessus, de confess. P. l. seruo inuito, 6 §. cum prior, ad Se. Trebell. P.* Quare his obseruatis, vltima mora. ei qui eam committit nocet. *l. hominem, manda. P. l. illud, de peric. & commo. rei ven. P.* Ita mora sua cui libet erit nociua, c. mora, de reg. iur. in sexto. P. l. si in Asia, §. si de positi. P. l. in condemnatione, 17 §. vnicuique, de reg. iur. P. sed postrema prior emendatur.

¶ Ceterum ita demum mora debitoris vel creditoris nocet, si ea culpa sit, id est, si culpa interueniat: sic propter culpam mora quae suo nomine ad iudicium quid refert, transiit in reprehensionem & poenam, atque singulari tractatione hanc mora reprehensibilis, ab aliis generibus morae, de quibus hic nihil agitur, seceratur. & mora haec delicti dicitur. *Accursus in l. mora, §. in verbo tenetur, de vsur. in P. & frustratio. l. hominem, manda. P.* alioquin non omne, quod differendi causa optima ratione fit, morae est annumerandum. *l. sciendum, de vsur. in P.* Sed perpendimus num culpa debitoris, vel creditoris, res deterior facta fuerit, vel perierit, ut eius sit damnum. *l. si filius familias, in P. 1. §. si post diuortium, de iur. do. P. l. nemo rem suam cui ier. §. 1. de ver. bo. oblig.* Nec quae esset, ut sine facta suo quis rebus suis per alterius factum priuaretur. *l. id quod nostrum, de reg. iur. & mora sua cuique nocere debet, non alii. c. mor. de reg. iur. in sexto. l. in condemnatione, vnicuique, eo. iur. in P.* Atque qui culpa vacat, & immunis a poena esse debet. c. 2. de consuetud. ap. Greg. c. sine culpa, de reg. iur. in sexto. *l. si deo, 7. c. de iis quib. ut indignis.* Sicuti ei non est qui pupillum imputandum, qui facit quod potest. *contra, l. 16. de inoffi. testa. l. 3. C. iur. 28.*

¶ Quamobrem in mora censenda vel excusanda, ad culpam transeundum est, num ea sit, an vero excusari possit. Quando autem culpa dicitur, antea iam explicauit supra hoc lib. ca. 11. At quae culpa excusari & mora possit, pauca ex rebus, personis, & negotiis quae geruntur colligere licet. Ex parte rerum quidem excusatur quis a mora, si res debita difficilis sit praestatio. *l. cum seruus, de lega. 1. propter casum aliquid fortuitum. ut in l. si vebenda, §. pen. ad leg. Rhodiam, de iact. in P.* Si alibi res sit, quam vbi praestari iussit testator, neque intra tempus a testatore dictum adduci queat. *l. si decessit, qui satisda. cogan. l. si ex legati causa, & l. homo mortuus, de verb. oblig. g. P.* quia tunc verum est, non itare per debitorum, quamuis res detur: idcirco cessat ratio morae, culpa videlicet, effectus quoque, *cum cessante, de appellat. l. ea. l. de conditio, ob causam, C. l. 2. §. si de donat. in P.* Idipsum quoque locum habebit, si res pereat ante moram. *l. si Strybus, de verb. oblig. P.* vel intra dilationem concessam ad soluendum debitoris, sine eius dolo tamen, vel absque culpa alia. *l. cum filius familias, §. fin. de verb. oblig.* Nam si interpellatio soluendi fiat intra hanc dilationem, nocere non potest debitor, neque si res intereat postquam interpellationem intra tamen dilationem, ei officit. *l. quoties, qui satisda. cogan. in P.* non secus ac si nulla facta fuisset. paria quippe sunt, aliquid non fieri, vel fieri inuititer. Nec praestat impedimentum, quod de iure non potest sortiri effectum. *reg. iur. non praesant, in sexto.* Factaque in diem promissione, inspicitur tempus solutionis faciendae. *l. quoties, de verb. oblig.* quia medium tempus, adiectum censetur in gratiam debitoris. *l. quod in diem de solut. l. cum tempus, de reg. iur.* Neque proprie videtur debitor, qui in diem debet, ut pote qui exceptione aliqua se tueri potest, et si vere sit debitor, si sub conditione debeat. *l. si cui, de alio. P.* Statim enim quidem quod in diem promissum est debetur, sed non statim peti potest: nisi adueniente die. *l. omnis stipulatio, de verb. obligat.* Et plus petit quam debeat, qui ante tempus quod debetur petit. *§. plus autem, de alio. ap. Iulian. c. 1. de plus petito. ap. Gregorium §. non solum, de fidei commissis.* Item ex parte rei impeditur mora, si ea quae petitur vel debetur, non sit liquida. *l. statuli liberi, de statuli libero. in P.* Nec incerta veniunt in certam considerationem, neque in praestationem vel collationem. *l. §. sed cum, de colla. bono. P.* nec in condemnationem. *l. quidam referunt, de reb. cre. in P. l. si de compensat. §. curare, de actio. l. 1. §. 2. de senten. qua sine certa quantitate profertur. C.*

¶ Ex parte porro personarum, excusatur mora sine dilatio, & culpa, variis modis: ut si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit, & res promissa pereat ei nulla mora, quia nulla potest esse petitio. *l. si pupillus, de verb. oblig. l. nulla mora, de reg. iur. Item si*

cui contingat abesse reipubl. causa iuste, vel capiatur ab hostibus. *l. sed est si republica, de vsur. in P.* Nec absentia iusta & necessaria solet obesse, vbi agitur potissimum de damno absentis euitando. *l. nec non, & l. non negligentibus, & l. fin. ex quib. causis. maior. in P. l. absentia, de reg. iur. in P.* Aut si mora fuerit postea commissa per creditorem: nam prior debitoris tunc excusatur, ut purgata, *l. illud, de pericul. & commo. rei ven. in P. l. hominem, manda. in P. cum similib. supra notat. dum ageremus de mora creditoris, & aliis quibusdam modis excusatur quoque, ut si pupillus cui soluendum est, tutores non habeat. *l. pecunia, §. si. & l. cum quidam, §. si pupillo, de vsu. in P. §. 1. At ex ratione eius, quod geritur, mora excusatur, si negotio quod gestum est, angustius tempus soluendae vel faciendae rei, quam exigatur, adiectum sit. ut in *l. in solam, §. 1. loca. P. & l. non vti que, §. si quis ita stipuletur, de eo quod certo loco.* Neque angustia temporis nocere debet rebus quibus adicitur. *l. si mibi, & §. 1. de leg. 1. C. l. qui sine dolo malo, de reg. iur. in P. l. si quis solutioni. & l. sciendum, de vsur. in P. l. 3. §. si quis paratus sit, quod vi aut clam.* Idipsum censeo si quis moras necet solutioni, dum iustas causas litigandi persequitur. *l. eum quem temere, de iudicis. P. l. quod solidum, §. etiam res publica, de lega. 2.* Iusta enim litigandi causa, & a culpa liberabit, & mora, sicut & ab impensarum & sumptuum periculo. *lege illud, de peti. hered. P.* Et proinde ius suum bona fide in iudicio defendens, non tenetur de interitu rei superueniente lite pendente. *lege nemo rem suam, in l. 3. 1. de verb. oblig.* Quemadmodum contra mala fidei postulatorum in mora constituitur per petitionem iudicalem: quod maluerit litigare, quam soluere. *l. fin. ff. de cond. furt. l. in re furtiua ff. eodem.* Et qui ante litem in mora iam erat constitutus, per litem defensionem, ab ea non liberatur, ut in fure, dicimus, qui perpetuo in mora censetur esse, ob malam fidem. *l. si l. de condit. furtiua.* ante obligationem. Subinde probabilis ignorantia eximit a periculo morae debitorem, si ignoret quid, quantum, quale, & quando, soluendum sit: facti quippe ignorantia, potissimum alterius, excusat. *l. 1. 2. 3. de iur. & fact. ignor. in P. l. qui in alterius, de reg. iur. l. si pro suo.* Idcirco ad tollendam hanc excusationem, inueniuntur interpellationes, quibus ignorantia monetur, quid, quale, quantum, & quando, & quomodo soluendum, dandum, faciendum, & sit sed et si nouatio debiti facta post moram est a creditore, interitus sequens ad moram non pertinet. *l. qui decem, 72 §. si cum mihi, de solut. in P.* ¶ Diriguntur autem istae tractationes morae, ad singularia quaedam commoda consequenda, quae septem utilitates praebent: prima, ut si res perierit post moram, perinde habeatur, ac si superesset, ratione affirmationis faciendae quanti plurimum a tempore morae: idque est quod dicimus, moram perpetuare obligationem. *Paul. l. si seruus, 91 §. nunc videamus, & sequentibus §. §. & l. si ex legati cau. & l. nemo rem suam utiliter, §. si post moram, de verb. oblig. l. quod te, de reb. cre. in P. l. 2. de fruct. & l. ex pers. C. l. certum, de rei vindic. in P. l. apud Iulianum: alius Africanus, 40 §. 1. de leg. 1. l. Titia Scio, 89 §. vsurus, de lega. 2.* si mora non fuerit purgata & abolita, *l. illud, de peri. & cum rei vend. vel si post moram facta creditoris, vel dolo non perierit: velati si creditor post moram debitoris seruum debitum non interemerit, vel aliter res eius facta non sit in blata. *l. illud, & l. legis Aquiliae, ad leg. Aquil. in P.* Ita enim dolus culpa praeponderat. *l. ut si obstritrix, §. si ad l. Aquil. neque maliis hominum indulgendum est. l. in fundo, de rei vindic. in P.* Obseruandum autem hic extra moram, seu sine mora, & ob culpam posse pro interitu rei debitorum, vel alium teneri, ut in *l. fin. §. si ea conditione, ad leg. Rhod. de iact. allamq; ob causam, ut in l. 1. §. saepe euenit, de positi. in P.* Quare cauendum est, ne diuersa confundamus, neue miscemus debitum speciei, de cuius controuersia mora agit, cum debito generis, vel quantitate. Siquidem mora in debito speciei seu individui, facit vt teneatur debitor post moram: antea vero perempta speciei, non teneatur. At haec considerari non expedit in debito generis, vel quantitatibus: quia genus, seu species secundum dialecticos, & quantitas, perire non possunt. *l. in ratione, §. incerta, de l. Falcid.* quia individua etsi pereant, tamen eiusdem generis & eiusdem quantitatibus alia dantur, & solui possunt. *l. 2. de reb. cred. P.* nisi quantitas in individuum transeat demonstratione, aut consignatione: quia tunc illa quantitas individui natura censetur, & periculum neque tenebit ad morosum, & ante moram perempta liberabit debitorem, ut in *l. qui decem, de solutio. in P.* Cum tamen in aliis, incendum, vel interitus artis alieni in genere & quantitate consistentis, non liberet debitorem. *l. incendium, si cert. per. a. C. §. item is cuius aliqua, qui mod. re contrah. oblig.****

¶ Secunda morae utilitas & effectus: ut ea commissa, qui in



eam incidit, poenam debeat comprehensam conuentione debiti, si non solauisset, vel fecisset, vel tradidisset. *l. ita stipulatus, §. item si quis ita stipulatus de verb. oblig. l. si poenam quando dicit legat. ced. in P. l. 1. §. item si ita legatum, ad leg. Falcid. in P. l. si homo mortuus. sumpta a contrario sensu, de verbor. oblig. l. Celsus, de recep. arb. P.*

¶ Tertia, vt in contractibus & negotiis bonæ fidei, post moram quis teneatur ad vltimas, si conuenerit die conuentionis: si non conuenerit a tempore moræ, *l. in bonafidei, C. de usuris l. mora §. in contractibus, & l. cum quidam §. Labeo. eo. tit. in P. & ad fructus ab eodem tempore. l. quis, de usu. in P. l. in fideicommissi, & l. postulante, ad senatuscon. Trebell. in P. Fructus autem in contractibus stricti iuris, a tempore litis contestationis, *l. cum fundus, si cor. peta. in P. Et fructus quoque rei legatæ debentur a tempore litis contestatæ, si quidem antea non fuerit heres in mora: nam eo casu a tempore moræ præstat, gloss. in l. de fructib. & lit. expens. Cod. pro l. Titia Scio, 89. §. de lega. 2. & l. si quis seruo, 86. eo. tit. facit l. adiles etiam, in 1. §. item sciendum, de adilit. edicto, videlicet quod pertinet ad fructus percipiendos restituendos. Nam pro perceptis, tenetur et heres restituere a tempore mortis testatoris, *l. Herennius 2. de usur. quia ab eo tempore, recta via, nisi si qua conditio prohibeat, transit in legatarium legatum, l. Titio, de furt. in P.***

¶ Quarta vtilitas, vt moræ tempus æstimationem rei definit, *l. vinum, de reb. cred. in l. in hac actione, & l. fin. de condit. tri.*

¶ Quinta, vt post moram faciendi, datum ob causam possit condici, *l. 3. §. 1. de condit. cau. da. l. si pecuniam §. si eo. tit. l. natur alis, de præscrip. verbis. P.*

¶ Sexta, vt heres qui partem reliquam a patre filio inficiatur soluere, ob moram damnatus, eam cum alia tertia parte præstare cogatur, *l. si quis in suo. C. de inoffic. testa. vt qui morosus est in reddendo deposito, incendii, ruinae, naufragiue causa, supra illud duplum reddat, l. 1. §. prætor aut. deposit. in P.*

¶ Septima, vt in obligationibus faciendi, post moram succedat repetitio eius quod interest, *l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus, de verb. oblig. l. si quis ab alio. 1. §. si de re iudi. in P. l. si ubi dero vt manumittis, de præscri. ver. in P.*

¶ Tertia, vt in contractibus & negotiis bonæ fidei, post moram quis teneatur ad vltimas, si conuenerit die conuentionis: si non conuenerit a tempore moræ, *l. in bonafidei, C. de usuris l. mora §. in contractibus, & l. cum quidam §. Labeo. eo. tit. in P. & ad fructus ab eodem tempore. l. quis, de usu. in P. l. in fideicommissi, & l. postulante, ad senatuscon. Trebell. in P. Fructus autem in contractibus stricti iuris, a tempore litis contestationis, *l. cum fundus, si cor. peta. in P. Et fructus quoque rei legatæ debentur a tempore litis contestatæ, si quidem antea non fuerit heres in mora: nam eo casu a tempore moræ præstat, gloss. in l. de fructib. & lit. expens. Cod. pro l. Titia Scio, 89. §. de lega. 2. & l. si quis seruo, 86. eo. tit. facit l. adiles etiam, in 1. §. item sciendum, de adilit. edicto, videlicet quod pertinet ad fructus percipiendos restituendos. Nam pro perceptis, tenetur et heres restituere a tempore mortis testatoris, *l. Herennius 2. de usur. quia ab eo tempore, recta via, nisi si qua conditio prohibeat, transit in legatarium legatum, l. Titio, de furt. in P.***

De Actionibus quæ augentur per Inficiationem, & Condemnationem sumtuum seu impensarum. Cap. 15.

- 1 Accessio fit obligationi per inficiationem, vt in l. Aquilia, & Deposito, Relictis ad pios actus & alios.
2 Mandacium quando pensur.
3 Augentur & obligationes & actiones Condemnatione expensarum.

¶ Vemadmodum ex culpa, & mora, accessiones fiunt actionibus & obligationibus, sic aliunde etiam aliæ his accedunt & petuntur: vt in quibus lis crescit per inficiationem, sicut in lege Aquilia, §. si de oblig. que ex quas. contract. Nam contra negantem, ex lege Aquilia, si eum damnus per iniuriam dedisse probetur, dupli procedit condemnatio, *l. 4. & §. de l. Aquil. 3. C. tit. 3. §. l. inde Neratius, §. hac act. eo. in P. §. studium, de triente, & semiss. in a. ub. in confidentem in simplum, §. sed furti, de act. l. eum que, de in re iur. Item in actione depositi ex incendii, ruinae, naufragiue occasione, §. in duplum, de acti. dict. §. sed furti l. 1. §. merito, de pos. in P. & in relictis, piis & venerabilibus locis, §. si de oblig. que ex qua. contract. n. a. §. d. §. sed furti quidem de acti. §. aduersus, de pena temere liti. Si quis heres contumax fuerit in reddenda filio testatoris relictæ legitima, *l. si quis in suo testamento, C. de inoffic. testa. si quis inficiatus sit numerationem pecunie, a. ub. contra qui propriam, de non numer. pe. C. §. studium, verfic. si enim protulerint, de triente, & semiss. in a. ub. colla 3. si se dicat non possidere: nam conuictus ob mendacium priuatur possessione, quæ traditur in rem agenti, *l. si de rei vindic. l. 6. P. tit. 1. Sicque in aliis pluribus in quibus mendacium mala fides, & dolus puniuntur, quando in præiudicium alterius vergunt, l. eum qui se patrem, §. quod cum eo qui in alien. & c. l. 14. P. tit. 5. cum simi.***

- 1 Alioquin enim mendacia quæ neminem lædunt, etsi quod ad Deum pertinet digna sint poena, cap. ne quis. 22. q. 2. & rotas illa quæst. tamen iure politica non valde persequuntur, l. quod falso iutor, aut. C. de ata §. si de inter. acti. l. fundum §. si de enic. & l. bi gl. quando autem nocet tractatur in l. summo ad municipia. l. si legibus, si contra ius vel util. public. c. super literis, & c. sedes de rescrip.
2 Augentur & actionum vtilitates, condemnatione expensarum, quibus damnatur aduersarius qui in manifesta contuma-

cia fuit, *l. constitutus, de procura. & qui deficit in probatione exceptionis propositæ calumniolæ, c. exceptionem, de excep. si non habuerit iustam causam litigandi, cum quem temere, de ind. l. pro. perandum, §. sin autem, & §. etsi quidem, de iudic. C. c. delicti, de dolo & contuma. c. calumniam, de pœna. quin & antequam vltimus contumax audiat, expensas contumaciæ refundere debet, *l. quonia, §. in aliis, vt lite non contesta. l. sancimus, C. de iudicis, quando autem appellans condemnandus sit in expensis appellationis, vide gloss. in c. si de dolo & contu. & in c. cum venissent, expe. de indi. Qui tamē agit, recte fore consulit, si petat de expensis sententiam ferri: quomissa condemnatione sumtuum, post terminatum litem, petitio eorum non admittitur, *l. terminatio, de fructib. & lit. expens.***

Quibus minuitur aut tollitur Obligatio, & Actio: & de Impensarum Repetitione. Cap. 16.

- 1 Auctoritate legum quando minuantur actiones.
2 Persona qua damnantur, in quantum facere etiam possunt.
3 Minuitur actionem, Compensatio.
4 & Deductio impensarum factarum, & de impensarum diuisione.
5 Quomodo, & quales Impensas bonafidei & mala fidei possessor repetat.
6 Expensas factas quales procurator repetit.
7 ad Expensas condemnandus improbus litigator.

¶ Obligaciones porro & actiones minuantur, & minus quam natura prior illarum poposcit, consequimur pluribus modis: vel auctoritate, seu precepto legum, vel re ipsa. Auctoritate & precepto legum, sunt quædam personæ, quæ in plus non condemnantur, quam facere possunt, a quibus non totum, quod habent extorquendum est, sed habenda ratio est ipsarum, ne egeant, *l. in condemnatione l. 3. de regul. iuris. P. l. sunt qui, 16. de rem. lib. 42. P. tit. 1. & ita non damnantur in solidum.*

¶ Sic in humanum visum est, eum qui bonis cessit, & spoliatum fortibus suis, in solidum damnari, §. si de acti. l. qui bonus, de cessio bonor. in P. Cuiusmodi & sunt socii, omnium bonorum maximæ, dicta l. sunt qui & alii, *l. verum, pro socio. patens, dicta l. sunt qui, & l. seg. patronus, patrona, l. patronus, 17. de re iudic. libenque eorum: maritus, in dote, dicta l. patronus, & l. marium, sol. mar. §. item si de do. P. de acti. l. inter eos, de re iudic. miles qui sub armata est militia, l. miles, 1. l. 6. & litem miles, 18. de re iudic. l. stipendia, & l. si §. item miles, de exc. rei iudic. C. Quod & ad aduocatum extendit Accursius, glo. d. l. miles in verbo facere, cui priuilegium Castrensis peculii a iure cōmunicatur, *l. foris de aduoca. diuersi iudic. Item & multo magis ad militem cælestis militiae, clericum videlicet, & ad ecclesiasticam personam pertinere dicemus, gloss. in d. l. miles, per legem sacrosanctæ, de episcop. & cler. C. Is que que ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest, condemnatur, si ab eo cui donatum conueniatur, *l. inter eos, 19. §. si quoque, de re iudic. In eum quoque qui emancipatus, aut exheredatus est, quive se abstinerit ab hereditate eius, cuius in potestate, cum is moritur, fuerit, eius rei nomine quæ contracta cum eo fuerit, cum is in potestate esset, siue sua voluntate, siue iussu eius, in cuius potestate fuerit, contraxerit, siue in ipsius peculium, siue in patrimonium eius, cuius in potestate fuerit, ea res redacta fuerit, actio, causa cognita datur, in id quod facere potest, *l. ipian in l. 2. & 4. & l. pater, 7. quod cum eo, qui in alie. potest. est nego. gest. est. dicit. lib. 14. P. tit. 5. Pater quoque pro debitis filii fam. aut serui conuentus, non in solidum, sed in quantum in peculio est, tenetur, & damnatur, §. sunt prætera, de actio. in P.****

¶ Minuit quoque quantitatem actione comprehensam obiecta compensatio, vel debiti ad debitum, prout proprio titulo de compensationibus paulo post, Deo fauente, distinguemus. §. pen. de act. In fin. l. 1. de compensatio. in P. §. in bonafidei, de act. l. vlti. de compens. ¶ Item minuantur actiones, per deductionem impensarum, vel in iudicio factarum, si condemnetur actor ad eas: vel si extra iudicium fiant, pro re, vel circa rem, vel in re, cum distinctione tamen. Nam impensarum aliæ sunt necessariae, aliæ viles, aliæ voluptariæ, *l. 1. de impens. in reb. dot. fact. lib. 25. P. tit. 1. Necessariæ quæ in se habent necessitatem impendendi, d. l. 1. §. 1. de impens. in reb. dot. fact. quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, *l. impens. 79. de verb. signi. l. impens. 1. 4. de impens. in reb. do. fact. Viles Fulcibus esse ait, quæ meliorem rem faciunt, deteriori esse non sinit: quibus reditus acquiritur domino, d. l. imp. §. 1. & quæ rem meliorem, cui adhibentur, faciunt, *l. vlti. quod dicitur, §. si §. Paul. in l. seg. de impens. in reb. dot. fact.***

Voluptariae sunt, quae speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent: ut sunt viridaria, aquae salientes, incrustationes, locustationes, picturae. *dist. l. impensa, §. si. l. voluptaria, de impens. in reb. dota. fact.* Sunt & voluptariae & viles, quae exornant & delectant & simul utilitatem quandam adferunt. *d. l. voluptaria.* Necessariae itaque semper deducuntur de fructibus rei: vel detentionem rei, ad solutionem usque permittunt. *l. 2. §. aequissimum, ad leg. Rod. delict. l. 1. §. sed nec ob impensas, de rei. uxor. actio. C. l. 1. §. in necessariis, de impen. in reb. dota. fact.* Ad necessarias etiam illae pertinent, quae cogendorum conservandorumque fructuum gratia fiunt, & ideo semper deducuntur, *Vlpian. in l. quod dicitur, in §. de impens. in reb. dota. fact.* si fructus restituantur, non etiam si retineantur. *l. si a non domino, §. si de petis. heredi. l. fundus qui, fam. l. c. si fructus soluto, mat.* Viles autem non perpetuo deducuntur. Nam harum nomine onerari dominum ignorantem vel inuitum non oportet, ne cogatur re carere. *l. si de impen. in reb. dota. fact.*

¶ Rursum in repetendis expensis ad rei perpetuam utilitatem factis, a possessore rei alienae, distinctio adhibetur: num quis edificauerit in alieno, vel resecerit rem alterius: subinde, an edificans sit bonae fidei, aut male fidei possessor. Bonae fidei namque possessor de re cedenda in solidum, potest se tueri exceptione, donec repetat viles impensas: quod si illis non petitis cederet, ab eorum postea petitione excluditur, quia dominus soli cedit edificium. *l. impensa, de verb. sign. l. in fundo, de rei vind. in P. l. si seruus, de pigno. acti. P. l. vitulum, §. de impen. in reb. dota. fact.* atque iudex in his impensis censendis, ex qualitate rerum & personarum, arbitrari interponit. *l. in area, de condic. indeb.* Quia autem in mala fide constitutus sciebat se in alieno edificare, nihil impensarum nomine a domino petere poterit, quia dedisse videtur. *l. in fundo, de rei vind. P.* Et si qui cepit edificare in bona fide fuerit, postea in mala fide perrexit, non vteretur quidem exceptione doli ad consequendas impensas, contra agentem dominum, verum ei conceditur, ut sine dispendio dominaree, tollat edificium. *l. in hoc iudicium, commu. diuis. §. ex diuerso, de rerum diuis.* Quod si de impensis in refectionem rei, vel soli alterius quaerimus, qui bona fide impendit, necessarias & viles repetit sumptus. *l. Julianus, de rei vind.* Voluptarios potest auferre, citra lesionem tamen status rei prioris, nisi dominus paratus sit tantum dare, quantum habiturus esset possessor ex his rebus ablatis. *l. in fundo, §. censuimus, de rei vind. id est, consideratis rebus, non prout in re aliena sita sunt, sed quantum separatim valere possent.* Qui autem mala fide impendit, voluptarios amittit. *glo. in l. in fundo, de rei vind.* viles aufert, si non laedatur prior rei status, necessarias quoque deducit. *l. domum, de rei vind.*

¶ Expensae factae supra modum a negotiorum gestore, & a procuratore, eatenus repetuntur, quatenus fieri debebant. *l. si quis negotia aliena, §. l. ex duobus, de negot. gestis. in P. l. qui proprio, §. l. qui procurator, de procura. P. cum sim. ibi nota.* Nec expensae maiores faciendae sunt, quam prouentus, & commodum sit. *l. mediterraneorum, §. de anno. §. tribus, lib. 10. C. tit. 19.* Ob pietatem vel amicitiam factae, non repetuntur. *dist. l. ex duobus, §. fin. cum sim. ibi nota. de nego. gestis P. nisi cum protestatione repetendi fiant. l. Nereennius, de nego. gest. P.*

¶ In expensis aduersarii quoque condemnatur improbus litigator, ad viaticam, litisque sumtus, *l. cum quem temere 79. de iudic. in P. l. propterandum, §. fin. autem, C. de iudic. altaeque impensas, quas quis fecit in iudicio, qui illas minueret non debet. §. oportet autem, de iudic. colla. 6.*

De Exceptionibus. Cap. 17.

Lib. 4. Institut. tit. 13. Lib. 44. P. tit. 1. Lib. 8. C. tit. 36. Ap. Gregor. lib. 2. tit. 15.

- 1 Continuatio & summa dicendorum.
- 2 Exceptio quid, & quomodo contineat, replicationes, duplicationes, triplicationes, &c.
- 3 Qui excipit, non negat, nec probat actionem agentis.
- 4 Reus in exceptione, actor sic qui replicat: tamen actionis nomine exceptio non continetur.
- 5 Exceptionis nomen hic generale pro omni depulsione aduersarii.
- 6 Exceptionibus, & actionibus pluribus uti licet.
- 7 Exceptionum aliae reales, aliae personales, & quae.
- 8 Harum rursus quaedam temporales, quaedam perpetuae, & quatenus.
- 9 Temporalia ad agendum sunt, perpetua ad excipiendum.
- 10 Exceptionum utem aliae peremptoriae, aliae dilatoriae: peremptoriae quae.

- 12 Dilatoria solutionis, & iudicii quae.
- 13 Communia exceptionibus peremptoriis, & dilatoriis.
- 14 Exceptiones rursus aliae, quae iudicii, aliae quae facti nomine proponuntur.
- 15 Exceptiones proponuntur tantum, si nostra interest, non si tertii.
- 16 Exceptiones pro tribus causis generaliter opponuntur. Exceptiones ratione formularum aliae praetoriae, aliae civiles. Exceptiones quomodo proponenda.
- 17 Exceptionibus ne quis utatur, pacto fieri nequit expresse.

Am vidimus insigniores, ut opinor, modos, quibus actiones & obligationes augentur, & differentias, & familia earum. Nunc sequitur agamus de illis, quae aduersantur eisdem, & quae vel reiciunt, vel tollunt eas. Proinde primum de exceptionibus generaliter dicendum: subinde particulares quosdam modos tollendae obligationis & actionis, Deo iuuante, percurreremus. Et de solutionibus, acceptilationibus, novationibus, cessionibus bonorum, & compensationibus: sed de cessionibus post mutuum, Deo fauente: nunc de aliis. ¶ Exceptio generaliter dicitur, omnis depulsio intentionis agentis: & interdum pro prauidicio, *l. generaliter, 12. §. l. fundum, 16. de excep. P. facit. §. prauidiciales, de actio. all. quando pro praescriptione, l. pen. de excep. P. l. 1. C. de questio. quae tamen proprie ad exceptionem, temporis causa, refertur, ut titu. de vsucap. & de praescrip. 30. vel 40. ann. titu. de diuers. §. tempora. praescrip. in P. Exceptio, inquit Vlpianus, est dicta, quasi quaedam exclusio, quae interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum est. *l. 2. de exceptio in P. §. 1. de excepti.* Et ut Paulus, Exceptio est contradictio, quae modo eximit reum a damnatione, modo minuit damnationem. *l. exceptio est, 22. eod. titu. P.* Quo nomine & contingunt replicationes, quae exceptiones sunt ex parte actoris, quibus reicitur actiones rei, & tueretur suam actionem. Item duplicationes, quibus reicitur rursus replicationes actoris, & tueretur suas exceptiones: item & triplicationes his obiecit ab actore, & quadruplicationes rei. *l. 2. de exceptio. P. §. l. except. §. 1. eo. §. 1. de replicatio. l. non exceptionibus, 10. C. de excep. a nobis, §. c. dilecti filii, eo. ap. Greg. c. ex parte de foro comp.* Exceptiones sunt reorum arma quibus tentur legitime, iusta causa proposita, quae decent actionem actoris quantumuis per se iustam, tamen iniustam esse in eum cum quo agitur. *§. 1. de excep.**

¶ Neque tamen ob id approbare vel ferri dicitur actionem, ut iustam qui, non utique eo in P. c. exceptionem, de reg. iur. in sexto. Baldus, Panor. Felinus, & reliq. fore in is pontifi. interp. in rubric. de exceptio. ap. Greg. Bald. in l. 1. num. 6. de iur. & fact. signor. excipit, neque etiam ex natura propria exceptionis, negare: quia proprie qui negat, non censetur excipere, ut visum fuit interpretibus. *l. si quidem, 9. C. de excep. Et Caesares Diocletia & Maximia non opus esse reo exceptione dixerunt, si is consideret, actorem suam intentionem probare non posse, id est, si eam negaret: at si confitendo exceptionem haberet, posse eam proponere: & si dubitaret, num actor probare posset. *l. 1. de excep. P. ¶ Exceptio quodammodo dici potest actio, l. si pro parte §. versus de in rem vind. P. & replicatio etiam, l. 2. de probatio. in P. l. generaliter, 12. de excep. P. §. l. fundum, 16. §. sequentibus, eo. P. quia is qui allerit, non qui negat, probare tenetur. potissimum in prauidicialibus exceptionibus, l. actor. C. de prob. l. qui accusare, C. de edend. l. res. C. de rei vind. cum sim. & ita actoris in eo subit officium. l. verbum oportebit, 8. §. 1. de verbor. signifi. At proprie verbo actionis non continetur exceptio, l. §. eleganter, 7. §. seruus, versus ego monere, de dolo. lib. 4. P. tit. 3. quia proprie ad actionem interimendam proponitur, & nulla est actio, quae exceptione remoueri potest. *l. non videtur, 13. de reg. iur. in P. Nec vi iur. cepisse, qui per exceptionem remouetur a petitione, l. Marcellus ait, 67. de reg. iur. cum definat debitor esse, qui nactus est exceptionem iustam, & ab aequitate naturali non abhorrentem. l. nihil inter est, 112. de reg. iur. Nihilque interest ipso iure, quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. gloss. in l. qui se debere, de condic. causi. dat. in P. in verbor. exceptionem, gl. in l. 2. in verb. intentionem, de excep. P.***

¶ Proinde latiori significatione exceptiones hic tractabimus, prout omnem intentionem agentis repellit, vel negatione iuris, vel facti, vel replicatione, vel duplicatione, vel triplicatione, siue agens de facto sine actione, siue cum legitima actione repellatur, siue conatus agentis quis exceptione remouetur, *l. is qui, §. §. l. nemo, de excep. P. & l. nemo, de reg. iur. siue elidat.*

¶ Siue voica exceptione, siue pluribus utatur: id enim licet & pluribus defensionibus uti & exceptionibus, quae tamen inter se



non pugnent. l. exceptiones que, 8. de except. in P. ¶ Distinctiones exceptionum tres sunt potiores: prior, ut alia sint reales, alia personales, d. l. exceptiones que, §. si de replic. de reali l. 2. §. legatis de iudi. in P. & quod competat personis accessoris quoque, l. omnes, 19. de excep. P. l. defensionis. C. eo. l. tam mandator. C. de non numer. pec. Reales sunt, quæ rei coherent & rem sequuntur, quæ principalibus debitoribus, & fideiussoribus, & mandatoribus competunt: veluti rei iudicatæ, doli mali, iurifurandi, pactionis in rem. Personales, quæ non egrediuntur personam cui conceduntur: quales quæ dantur personis certis, vt scilicet, parenti, patrono, & similibus, ne conueniantur ultra id quod facere possunt, quæ non dantur fideiussoribus earum personarum, l. 7. de exce. in P.

¶ Harum omnium altera diuisione, quædam sunt exceptiones perpetuæ, aliæ temporales, l. pure, 5. vbi ponitur ratio de doli mali exceptio. in P. l. si pactum, 6. C. de excep. l. que situm, 31. de pac. P. Perpetuæ sunt, quæ semper obici possunt, & in qualibet parte iudiciorum, agentibus. ¶ Quales pene omnes sunt quæ peremptoria dicuntur. Sed & placuit, vt quæ temporalia sunt ad agendum, sint perpetua ad excipiendum, l. 3. de excep. l. 2. §. si eo. tit. §. appellatur, eo. tit. ap. Justin. ¶ Temporales, quæ non semper, & nisi certo tempore obici possunt, vt pacti conuenti, ne intra quinquennium petatur. ¶ Atque istæ exceptiones aliis nominibus, peremptoria & dilatoria dicuntur. Peremptoria, quæ decidunt & perimunt seu tollunt omnino intentionem agentis: quales exceptiones iurifurandi, doli mali, toto. si. pot. l. 1. & 2. de dol. mal. excep. l. 2. 4. P. tit. 4. & supra in dolo. metus, l. 4. §. metus, de doli mali excep. error. l. 2. §. 5. & l. 4. §. aduersus, & l. Iulian. 7. de dol. mal. excep. P. l. si quis per errorem, de iuris. iud. l. nihil de reg. iur. rei iudicatæ, si. de excep. rei iud. P. non numeratæ pecuniæ, si. de non numer. pec. C. §. idem iuris, de excep. ap. Iusti l. qui pecuniam, 30. si. cer. per. in P. l. 2. §. 3. de doli mali excep. P. pacti de non petendo in perpetuum, l. si unum, §. pacti. ne peteret, de pacti. P. §. præterea, de exceptio. Et generaliter si obici possit, intentionem vel actionem agentis esse contra leges vel senatusconsulta, quod obicitur, erit peremptoria exceptio. l. 3. in principi. de excep. in P. ¶ Dilatoria exceptiones sunt, quæ non perimunt intentionem agentis, sed tantum differunt. d. c. l. §. appellatur, r. de replicat. Harum pro negotiis plures species notari possunt, vel quæ ad differendam solutionem, vel ad iudicium, vel forum declinandum, pertinent. Exceptiones dilatorie solutionis sunt, vt ex pacto de non petendo ad certum tempus, l. 3. §. 1. de excep. P. vel quia sub conditione promissam, vel debitum, ante diem eius peti non possit, l. quod in die. 70. de solutio. P. l. cedere die, de verbo sign. l. 1. quando dies, leg. eo. l. cui. de actio. siue ex conuentione, vel vltima voluntate pendeat, siue ex lege privilegium differendi, vt in l. vnic. §. ex alio, de rei vxor. ali. C. vel a principe habeat, l. 2. de prec. Imp. offer. l. 1. C. tit. 2. 2. Iudiciales exceptiones, sunt quæ iudicium ipsum respiciunt: dilatorie, vel quæ aduersus iudicem proponuntur, vt cap. ad probandum de excep. s. postremo, de appella. c. quia suspensi, 3. q. 5. l. apertissimi C. de iudic. cum sim. vel aduersus iurisdictionem eius, vt non competentem, vt in c. de causis, de offi. deleg. l. 1. C. de arbit. l. si non comper. iudi. C. l. si pater, ne de sta. d. sum. C. vel ratione personarum agentium, vt quia legitimam personam non habent standi in iudicio, vt l. si ad Macedo. C. l. 1. & 2. qui legit. personam sta. in iud. non hab. Excipitur & contra iudicia, quia non in loco debito, tuto, non satis, vel factis diebus fiant, l. omnes C. de feriis l. si feriat, eo. tit. P. quod procurator non sit legitimus, l. 2. §. in. de excep. P. l. licet. C. de procura. & huiusmodi.

¶ Illud commune est vtrisque, vt exceptiones quæ in iudicium deducuntur, vel de iudicii ordine, vel solemnitate sunt, peremptoria regulari iure vsque ad sententiam proponi in iudicio possint. c. excep. de exceptio. l. peremptoria, C. sententiam rescind. non poss. Dilatorie solutionis ab initio litis, vt & aliæ dilatorie, & declinatoriæ iudicii seu fori, quæ omisse non reputantur post contestationem litis, l. penult. & si. C. de excep. l. item demum. C. de procur. l. exceptionem, C. de probato. l. sed est susceptus, 5. 2. de iudicis in P.

¶ Diuisionem aliam ponit Vlpian. earum, quæ proponuntur vel iudicii, vel facti nomine. Vlpian. in l. si post litem l. 13. & Labeo l. penult. de excep. P. ¶ Traditur autem, exceptiones de eo tantum, quod postea interest, recte proponi, non si excipiat de iure tertii, l. 4. §. competit, si seruit. v. ind. lib. 8. P. tit. 5. l. si quis, 8. de praescrip. 30. vel 40. annor. Baro. Paul. Castren. in dicto §. competit. & in l. de verbi acata. Et in summa exceptiones opponuntur, aut quia factum est, quod oportuit: aut quia factum est, quod fieri debuit, quæ exemplis illustrat Paulus Iurifconsul. in l. exceptio. opponuntur, 20. de excep. in P.

¶ Propositæ autem erant exceptionum formulæ a prætoribus, quæ, & a iure ciuili, sicut actionum, vnde prætoribus dicuntur alia ciuiles. Formulæ autem nunc exoleuerunt, sicut in actionibus annotauimus. ¶ Proponendæ autem sunt secundum negotia proposita, vt intelligamus quid reicere velimus ab eis, quibus agendi & defendendi potestas est facta a lege, secundum a quietate naturalem, l. qui equitate, de dolo mal. cuius defensio est, l. v. v. de iust. & iur. ¶ Vocantur namque & defensiones exceptiones, c. cum inter, de excep. l. defensionis, C. eo. tit. Quamobrem & recte placuit, neminem posse pacisci generaliter, ne sibi liceat vti exceptione: etsi specialibus quibusdam expresse renuntiare liceat, l. 4. §. que situm, si quis, caution. lib. 2. P. tit. 11.

De Modis, quibus præter exceptiones liberamur ab Obligationibus: & Actionibus: & primum de Solutionibus. Cap. 18.

Apud Iusti. lib. 3. tit. fin. Lib. 46. P. tit. 3. Lib. 8. C. tit. 43.

- 1 Obligatio aut naturaliter aut ciuilitur soluitur.
 - 2 Solutio opponitur ex diametro obligationi, & quid solutio.
 - 3 Solutionis loco que sunt.
 - 4 in Solutione qua sunt consideranda.
 5. 6. 7. 8. Solutio aliud pro alio non potest, quando.
 - 6 Pecunia numerata valor in solutione, quomodo estimandus.
 - 8 Necessitas cogit creditorem aliud pro alio a debito accipere.
 - 9 Pignora cedunt solutioni debiti, quomodo.
 - 10 Solutio solidi debiti faciendâ, & quando fieri dicitur.
 - 11 Solutio partis an pro parte liberet ab obligatione.
 - 12 Soluere quis possit, & debeant.
 - 13 Debitor liberari a debito potest inuitus, quare, & quomodo.
 - 14 Debitum a creditore remissum non potest repeti.
 - 15 Liberatio debitoris quomodo liberet eius intercessores.
 - 16 Fideiussoris liberatio quando liberet eum principalem.
 - 17 Pupillus non soluit debita sine tutoris auctoritate.
 - 18 Debitor defunctorum quando, & quatenus heredes soluant.
 - Heredes in quantum pro debitis, & delictis iure ciuili & pontifico tenentur. eod.
 - 19 Beneficium successor in quantum teneatur pro debitis prædecessoris.
 - 20 Solutio quibus fieri debet.
 - Pupillo quomodo solui possit debitum. eod.
 - Distractus & contractus similitudo. eod.
 - 21 Minoris num. solui, & quomodo debeat, & furioso.
 - 22 Reo criminis num. solui possit.
 - 23 Solutio cui ex pluribus reis stipulandi faciendâ est.
 - 24 Heredibus creditoris vnus quomodo, & quibus soluendum.
 - 25 Procuratori vero aut falso facta solutio quomodo liberat.
 - 26 Seruo solutio facta, quomodo liberet.
 - 27 Matrî facta solutio pro filio, cum non est administratrix, non liberat.
 - 28 Non soluitur marito, vxore creditrice.
 - 29 Fisorum an recte pro stipulatione patris soluantur.
 - Solutio ex iussu creditoris facta liberat. eod.
 - 30 Solutio in alternatiua stipulatione quomodo liberet.
 - De stipulatione alternatiua, vel ad actionis persone dissolueda. eod.
 - 31 Solutio quomodo faciendâ est.
 - Solutio ante diem constitutam an fieri possit. eod.
 - 32 Debitoribus dilatio ad soluendum danda.
 - 33 & 35 Solutio debitoris ex pluribus causis, in quod debitum impu. retur.
 - 34 Delictum grauius, & diuinus, quod censendum est.
 - 36 Solutio effectus liberatio est ab obligatione.
 - 37 Emptionis causa in solutione promitti intelligitur.
 - 38 Chirographi conductio competit solutione facta.
 - 39 Chirographi reddidit, vel possessio, cancellatio quid operetur.
 - 40 Apocha quid. Qui amissio quid. eod.
 - Solutionem factam fuisse que faciant præsumtionem. eod.
 - 41 Alternatiua dandi plura promissio, vnum habet in solutione.
- V Erborum obligatio, aut naturaliter aut ciuilitur, vt ait Pomponius soluitur. Naturaliter solutione, aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa stipulatoris, in rebus humanis esse definitur veluti acceptatione, vel cum in eandem personam, in stipulationis promittenti, que deuenit, l. penult. de solut. P. Quæ verba significant varios modos recedendi ab obligatione esse.

¶ Obl.

2. ¶ Obligatio opponitur ex diametro solutio, qua quod ligatum est, dissolvitur, nihil tam naturale, 36. de reg. iur. l. fere, 196. eod. & liberationis verbum, eadem vim habet quam solutionis, l. liberationis, 147. de verbo. signific. in P. Solutionis verbo, inquit Vlpianus, satisfactioem quoque omnem accipiendam placet. Et solvere dicitur eum, qui id facit, quod facere promissit. Vlpianus in l. solutio, 176. de verb. signific. Et Paulus ait, solutionis verbum pertinere ad omnem liberationem quoquo modo factam, magisque ad substantiam obligationis referri, quam ad numerum numerationem. l. solutionis verbum, 54. de solutio. in P. l. amplius, rem ratam habet in P. Ita satisfactio, datio pignoris, vel fideiussoris, pro solutione est, l. satisfactio, 52. de sol. ratione liberationis: quamvis alioquin diversa sunt. l. item liberatur, §. qui paratus, quib. mod. pign. vel hypot. solvit. P. l. si rem, §. si. & l. §. de pignorat. acti. in P. Proinde generalis constituta regula a Iuliano, solutione eius quod debetur, tolli omnem obligationem. l. solutam, 49. de solut. Modi itaque erunt diversi solvendi, quia & multi modi ligandi: & prout quilibet contractus fit, ita & solvi potest. §. 1. quib. modis tollitur obligatio, §. 1. utitur, 30. Veluti cum re contraximus, re solvi potest: cum verbis, vel rem promissam praestando, vel verbis, stipulatione, prout, l. 8. de solut. P. ubi sequentia exempla. l. nihil tam naturale, & l. fere, de reg. iur. l. quamvis saltem, de acquir. poss. P. quod confensu, & contrario sensu, re integra. l. verborum, de solutio. P. Quamvis proprie solutio ea dicatur pecuniae, naturaliter, si utique ea numerata est creditori, vel alii eius consensu. l. i. quando licet ab em. dist. ced. C. l. ab emtio. de pact. in P.

3. ¶ Partia, vi & effectu solutioni paria sunt: vt obligatio cum legitima depositione, & oblatione, vt antea in mora diximus creditoris: ea enim parit liberationem debitoris. l. solutam, 49. de solut. P. Item confusio, cum hereditate creditoris debitor adit, vel contra, creditor debitoris: tunc enim obligatio solvitur, confusis actionibus: vel omnino, si in universum ius succedant, l. acceptam, C. de iur. P. l. oblatione, de solut. Cod. vel pro parte, si tantum pro parte sint heredes. l. debitori, 7. C. de pact. l. sicut acceptilatio, 75. & l. qui hominem, 34. §. quidam filiumfamil. l. cum quis, 38. §. qui parte, l. Stychum, §. aditio, de solut. P. l. cum secundum, C. de fideicom. l. licet, ad l. Falci. P. l. si debitori, de fideiuss. in P. l. penult. de hereditat. acti. C. cum similibus. Lateritius rei ante moram, l. si vxor tua, de bonis auctori. iudic. cum possidem. C. item iusiurandum, l. verborum, 107. de solut. P. l. si ex legati causa, de verb. oblig. l. quod te, si cert. pe. P. novatio, acceptilatio, & alia similia, de quibus postea. Pro solutione & delictum, si vi quis sibi res debitas, & propria auctoritate invito debitore repetat. l. iusiurandum de iureiuran. in P. Si poenam pro delicto, quo obligatus est, subeat: nam & tunc solvi videtur, & liber a crimine dicitur. l. si quis in tantum, C. unde vi, l. exstat quod met. cau. P. l. 1. C. de suffrag.

4. ¶ In solutione considerabimus res quae solvuntur, de quibus fiat solutio, personas a quibus, & quibus fiat, & negotium ex quo, vel ob quam causam fiat, & contingat liberatio debiti, pluribus obligationibus concurrentibus, ex qua causa, & propter quid, & quare fit. l. pen. C. de poena. Res in solutionem veniunt legitimam, prout in obligationem deducta sunt.

5. ¶ Nam generaliter aliud pro alio, invito creditore solvi non potest, nec peti invito debitore. l. 2. §. 2. de reb. credi. in P. l. eum, 16. C. de solut. l. i. quib. mod. toll. oblig. ita indicatum tradit Guido Papeus in decisione 35. Hicque notandum, quosdam res esse in obligatione, & alias pro illis in solutione tractari hac quaestio. in l. si quis stipulatus fuerit decem, 57. de solut. in P. In obligatione, & solutione facienda, sunt eadem res in hoc exemplo. Mutuo vel do in dotem centum aureos liliatos, quos mihi restitues intra calendas Martii. Sunt enim isti aurei & in obligatione & in solutione, vt si decreverit, vel accieverit valor, tantum aurei & peti, & reddi debeant liliati, totidem numero: videlicet id tantum, quod est in obligatione. Guido Papeus, decis. 492. in fin. Bartolus in l. Paulus respondit, de solut. P. Et Paulus respondit, creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum aliquod passurus sit. l. Paulus respondit, 99. de solut. P. Quia natura est mutui, vt in eadem specie & bonitate reddatur. l. cum quid, 3. de reb. credi. in P. Et alia ratione, cum periculum decrementi monetae pertinet ad creditorem, si decreverit valor tempore solutionis faciendae, aequum est & commodum si quod per incrementum adveniat speciei monetae ad eundem pertinere, l. secundum naturam, de reg. iur. l. i. qui. loca. in P. l. fin. §. sed cum in secundam, Cod. de furt. notat Bartolus in d. l. Paulus. debiti ita in specie monetae comprehensae facienda solutio, vel in aestimatione qua-

ti valet tempore solutionis faciendae, c. olim, & c. pen. de censib. ap. Gregor. si antiqua moneta non est in usu. Sicut in mutuo vini vel tritici, si debitor ante moram vinum, vel triticum solvat bonitatis eiusdem intrinsecae cum mutuato, non quaritur plus aut minus valeat bonitate extrinsecae, videlicet num pluris vel minoris veniat: sed cogitur eo modo creditor accipere, & contingit liberatio. l. vinum, de reb. credi. in P. l. cum certum, & ibi Bart. eo. titu. Interdum res sunt in obligatione quaedam, & aliae in solutione, vt in hoc exemplo: si quis stipulatus fuerit decem in melle solvi, decem sunt in obligatione, & mel in solutione. d. l. si quis stipulatus, 57. de solut. Item, si quis mutuo centum aureos liliatos dedit valoris tot libratum Turonensium, vel vnoquoque valente 50. solidos Turonenses: vel constituo tibi, & do in dotem tot libras Turonenses in centum aureis liliatis, centum aurei sunt in obligatione, sed librae vel valor in solutione, imo etiam librae Turonenses verius quoque in obligatione, nempe quod tot libras Turonenses vel solidos reddere oporteat. Ita aestimatio est in solutione adhibenda, nec habetur ratio valoris, vel aestimationis auroreorum, quae est tempore solutionis faciendae, sed vera aestimatio facta tempore mutui vel debiti, vel alterius obligationis. l. aestimatis, cum l. seq. soluto matri. l. cum dotem, C. de iure dot. Bald. consilio 329. Anchar. clement. vt. de decimis, Barto. in d. l. Paulus, q. pen. Et ita placuisse senatui Parisiensi vltima Decemb. 1532. & senatui Burdegalensi 3. Augusti 1530. tradit Ioannes Papeo. lib. 10. Rap. d. Arefor. tit. 5. aref. 2. Nisi aestimatio adiecta fuerit causa demonstrationis, quod liquido constat, quando adicitur, vt summa reddatur in tot aureis, centum pura iusti ponderis, & notae lili aurei, &c. Sic enim placita servati aequum est, & praestari speciem, non autem aestimationem, vt verba aliquid operentur. hoc tractat, & disputat late de hac moneta quaestione Boerius, decis. 327. num. 3. 4. 8. 9. 13. facit l. semper in stipulationibus, de reg. iur. l. si quando, de lega. 1. c. si quando, de lega. 1. cap. si papa, de privileg. in sexto. Nec adiectio aestimationis, si constet mentem fuisse, vt res aestimata reddatur, facit quominus repeti possit. l. si inter virum, 21. de iure dot. C.

¶ Composita itaque hac quaestione, nunc ex illa quaritur, vt si aurei vel nummorum certa species in obligatione & solutione facienda sit, quomodo facienda solutio sit. Et placet quidem extra controversiam esse solvendum rem, si res ipsa vel species datur. Sed si in specie non possit dari, puta in tot aureis, quia ad aestimationem perueniendum est, l. fideicommissa, 11. §. si seruo, de lega. 3. l. non dubium est, 14. eo. titu. cuius temporis fiet aestimatio, an eius temporis, quo datae species monetae sunt, an medii, an solutionis faciendae. Et certe breuiter dixero, inspiciendum tantum esse, ne quid deperat creditori. Si quidem, quod pertinet ad debitorem dando speciem nummorum, liberabitur, d. l. cum quid, & l. vinum, de reb. cred. P. at quod pertinet ad creditorem, aliud pro alio incitus non cogatur accipere, si damnum inde patiat. d. l. Paulus respondit, de solut. Ideo habebitur ratio aestimationis eius temporis, quo facienda est solutio, vt tantundem ei aestimatur aureis, & tanta moneta, quanta aurei tunc haberi possunt, eiusdem bonitatis intrinsecae, & cuius esse debebant reddendi, vel dandi. Sic enim indemnus erit, & nihil sua intererit, quia tantundem aestimatione accepta consequitur aliunde si velit: nisi quaedam legitima causa a creditore proponatur, qua interesse sua dicat potius in specie mutuata, quam in aestimatione mutuum consequi. Nam & eius habebitur ratio, per regulam, qua dicimus in obligationibus dandi, post moram consequi nos quanti interest, l. ea conditione, Cod. de rescin. vendit. l. i. curabit, de a. Etio emt. Cod. l. i. eo. titu. in P. l. vinum, de reb. credi. in P. l. si fundum, 14. de verb. oblig. puta si Hispanus centum ducatos Hispanos mutuo Gallo det, ea lege, vt tot eius generis ei reddantur, & velit: & Gallus capitatis summam solvat, secundum Gallicam aestimationem, maxime possit interesse Hispani, quod id genus monetae in Hispania non admittatur, sicque habebitur ratio eius quod sua interest mutatae speciei & ei relatiendum supplemento aestimationis maioris. Alioquin minus, quam debeat, solum videtur: cum non sit eiusdem bonitatis solutio, ac debitum. contra l. cum quid, de reb. credi. & §. 1. quib. mod. re contr. oblig. Possunt huic casui alia exempla coniungi similia, eadem consideratione terminanda. Verum remanet alius scrupulus, vt si pactum sit inter nos, vt species certae monetae solvantur, puta centum aurei liliati, & postea tempore solutionis faciendae, illi aurei fuerint intrinsecae bonitate minuti, puta imminuto pondere, & facta deteriori materia tantundem tamen valeant, aut minus, vel plus,



de soluti. P. q. t. ad per. l. n. s. tran. g. e. d. i. a. m. u. r. & qui solvere primū
 possit, ut vel debeat, dicuntur. Generaliter omnes qui obligati
 sunt, solvere obligationem, & se liberare debent, nisi si qua excep-
 tio legitima illis competat aut privilegium. Idcirco & obligatio
 iuris vinculum dicitur, quo necessitate adstringitur ad dandum,
 vel faciendum, &c. §. 1. de oblig. l. obligatio iuris substantia, de actio.
 Et actio ob id ad iudicem debitorum pro dicitur, §. 1. de actio. l. nihil aliud,
 e. n. in P. aduersus correos debendi, aduersus fideiussores, aduersus
 mandatarios, expromissores, nominatores & heredes eorum:
 ut singulis horum capitum tractationibus fufe, & passim in iure
 agitur. §. 1. P. in de & si isti soluant, quatenus obligati sunt, certe
 se liberant: & aliqui non tantum se, sed alios quoque vnica solutio-
 ne. Et qui non est obligatus, alium liberare pro eo soluendo
 potest, etiam si pro inuito soluat, & incio. l. manifesti, 17. & l. nulla,
 §. C. de soluti. §. 1. quib. mod. toll. obliga. l. solutione, 23. l. cum iussu, 64. l.
 solvere, 13. l. si pro me. 40. de soluti. in P. l. solvendo, 39. de negot. gest. Et
 quoniam is qui debitor prohibere soluit, negotiorum gestor-
 um, pro expensis cum liberato non habeat actionem, l. si. C. de neg.
 gest. l. 1. §. 1. 9. tam verum est, eum liberatū esse inuitū: quia hoc
 beneficium liberationis, non tam pendet ex voluntate liberati,
 quantum ex voluntate creditoris, cum quo magis quam cum de-
 bitore negotiū gestum esse videtur, vt pote, qui diiudicare possit
 nomen, seu obligationem inuito debitor. l. 3. §. tot. tit. de heredit.
 §. actio. vend. l. 4. C. in 9. Quia ratione scilicet hanc causa a reg-
 ularis, quia dicitur, inuito beneficiū non dari. l. inuito, 70. §. 1.
 de reg. iur. Atque ideo cura ea solutione debitor liberatus sit, ni-
 hil prohibet, quin soluens ab eo, eam pecuniam, quam soluit, nego-
 tiorum gestorū actione conseqatur, nisi qui ipsius debitoris
 interfuit eam pecuniam non soluit. Labeo in l. eum pecunia, 45. de
 negot. gestis in P. l. si. §. ubi gl. in verb. inter se adserit casus 3. quibus
 interesse potest aduersus solutorem debitum, quos nota. Oportet au-
 tem, qui alteram liberatus est, solvere debitoris nomine: aliter
 etenim non sequitur liberatio. l. Caius ait, 17. de soluti. in P. l. multum
 interest, C. si quis alteri vel sibi. Vel oportet creditorem ipsum, qui
 inuitum præsentem debitorem liberare non potest, personam a-
 liam supponere, qui inuocatione liberet. l. si debitor tuus, 9. 1. de soluti.
 in P. Se id debitorum debitor remittere in præiudicium creditoris,
 & ita liberare debitorem, sine voluntate eiusdem creditoris mi-
 nime licet: licet nec procuratores, l. 4. de noua. l. 8. C. in 4. 2. l. rans-
 actionis placitum, C. de transa. l. procurator tuorum, de procura. P.
 cum similib. nisi liberam habeat alicuius administrationem, in l. pro-
 curator cui, de procura. in P. l. nouare. de noua. P. Ita nec filius fami-
 liaris, patre inuito, liberare eius debitorem potest. l. filius familias,
 22. de soluti. §. 1. §. si filium quod quisque iur. P. l. nec filius, C. de reb. cred.
 l. filius, C. de pact. Nec administratores republicæ vel ciuitatū, vel
 municipiorum, possunt etiam gratuito debitoribus eorumdem
 debita remittere & ita liberare. l. præres, C. de transa. l. Impera-
 tores, 38. de pact. in P. Equidem solvere quis, & per se, & per alium
 potest: qui mandat solui, ipse videtur solvere, l. qui mandat, 56.
 de soluti. in P. §. l. soluti, 49. eod. tit. dummodo eius nomine solu-
 tur non aliter. l. Cassius ait, 17. de soluti. in l. mancipia, 3. & l. multum
 interest, 6. cum 2. §. si quis alteri vel sibi, l. 4. C. in 50. ¶ Potest au-
 tem creditor debitum remittere, si velit & liberare, vel per se vel
 per aliam, suam debitorem vt potest liber in perdendis, l. sed est le-
 ge, 28. §. consuluit. de peti. here. l. 5. P. tit. 3. & dispensandis bonis suis,
 l. nemo exterius, de iudeis. C. l. in remanda. C. mād. §. per traditionem,
 de rerum diuis. l. si quis in conscribendo, C. de eps. & cler. & de pact.
 C. Nec remittitibus actiones suas, postea ad illas ex eadem causa
 dari potest regressus. l. queritur, 12. §. si venditor. de ad. edict. in P.
 C. eor. 7. q. 1. ca. sic illis, 23. q. 4. Qui vero se negauerit acturum, non
 est postea audiendus, l. si maritus, 15. §. si negauerint, ad leg. lul. de adul.
 P. l. 48. tit. 5. l. 2. ad senatus. Turpel. lib. 48. tit. 1. 6. l. postquam l. i. 4.
 C. de pact. l. accusatio eor. l. 6. C. de is qui accusar. non poss. vt nec in
 perpetuum sublata obligatio, restituitur. l. qui res, 98. §. aream, de
 soluti. in P. cum similib. l. i. nat. l. 4. C. de transa. Sed alia si causa, vel
 pactio nona noui ius det, vt si postea placeat peti, quod antea ne-
 peteretur, placuerat restitui potest. l. si vnus, 28. §. pactus ne peteret,
 15. de pact. in P. ¶ Nec parum prodest liberatio, vel remissio facta a
 creditore debitoris, fideiussoribus quoque eius, l. si. de pact. in P. l.
 cum principalis de reg. iur. l. nouatio, de nouat. in P. d. l. si vnus, §. si a
 reo, de pact. in P. Item si reus debendi soluerit, etiam illi, qui pro eo
 interuenierint, liberantur, §. item si reus, quib. mod. re. contrah. oblig.
 l. in omnibus, 43. de soluti. P. l. cum quis, 38. §. fin. l. Stichum, 9. §. natu-
 rales, eod. tit. l. 2. C. eo. si de integro satisfactum fuerit, no alias iure

regulari. l. qui hominē, 34. §. quidā filium familias, §. si decem, leg. §. 1.
 §. 4. l. Stichum, 95. §. si creditor, de soluti. in P. Sine solutione autem
 liberato reo debendi, non semper liberati dicuntur fideiussores.
 l. 1. & 2. de fideiuss. minor. l. 2. C. in 24. l. in cause 1. de minor. 2. §. ann.
 Et in pacto personali de non petendo, l. & heredes, 22. §. fin. & l. sequenti.
 de pact. in P. Nec cura solutione quidem, si pluribus fideiussori-
 bus existentibus vnus debiti, debitor partem soluēdo, nomina-
 tim aliquem tantum liberandum statuat, non alios, l. in is, 5. §. 1.
 & l. quoties, 37. de soluti. in P. gl. & Bart. in l. creditor, §. si duobus, man-
 da. P. cum similib. ¶ Ex contrario, si fideiussor soluerit, liberatur ab eo
 creditore, cui solutum est, debitor principalis, §. idem ex con-
 trario, quib. mod. toll. oblig. l. cum is, 36. de fideiuss. P. considerato
 ipso effectu, non etiam ipso iure, quia debitoris nomine solutio
 facta non est, sed soluentis. l. Papinia, 28. manda. in P. Quare et si a-
 ctum sit soluendo, vt soluendi cedantur actiones, conueniri his
 debitor poterit. l. cum is qui, 36. & l. Stichum, 65. §. si mandata, de
 soluti. P. Verum neque liberatio per pactum de non petendo perso-
 nale contingens fideiussori vel mandatori cum creditore pro-
 dedit reo debēdi, l. fideiussoris, 24. de pact. in P. nisi in rem suam fi-
 deiussor fuisset, l. sed est fideiussor, 25. & l. seg. de pact. in P. ¶ Pupil-
 lum sine tutoris auctoritate, nec soluere palam est. l. quod si forte,
 14. §. fin. de soluti. l. non omnis, §. si pupillum, de reb. cred. in P. Tenentur
 autem tutores solvere debita pupillorū suorum, & eos liberare.
 l. quoties, 10. §. sicut autem, de administ. tutor. l. 26. P. tit. 7. ¶ Item
 heredes defunctorum, vel in totum & supra vires hereditarias, si
 sine inuentarij confectioe creuerint, & receperint hereditatē:
 vel si cofecerint inuentarium, quatenus bona hereditatis suppe-
 runt. l. scimus, 22. in princi. & §. si prætaram, de iure delib. l. 6.
 C. in 30. Ita omnes actiones creditorum perforales, quæ illis cō-
 petebant contra defunctum, cōtra vniuersales eius heredes, non
 autem contra particulares legatarios diriguuntur. l. si. C. de heredi-
 tarius actio. tit. vt actio. ab herede & contra hered. l. 1. §. si certum pesa-
 tur. l. quoties C. de hered. institue. cum similib. Et cōtra legatarios quo-
 que hypothecaria, l. de reb. de dona. ante sup. C. l. et si aliens. C. de
 donatio. vel alia, si heres soluendo non sit. l. hna. §. si prætaram. C.
 de iure delib. Quæ tamen vera sunt in debitis ex contractu, vel
 quasi per defunctum contractis: at in debitis ex delicto natis, vel
 ex quasi delicto, non tenentur successores, nisi in quantum ex de-
 licto ad eos peruenierit, vel si ante mortem defuncti l. i. u. e. cō-
 testata fuerit. l. vnica, ex delict. defuncti in quantum hered. conueniat.
 l. 4. C. in 17. §. pœnales, de perpetuis & temporaria. actio. l. omnes actiones,
 de reg. iur. in P. l. in heredē, de calumniar. l. videamus, quod mer. cau.
 in P. Quamuis secundum canones Pontificij iuris, & pro delictis
 ex delicto teneatur. c. vlt. de sepultur. c. in literis, de rapior. ¶ Succ-
 cessor in beneficio, vt prælatus & alius curio, debita quoque ea
 prædecessoris sui solvere tenetur, quæ pro ecclesiæ necessitate
 contracta sunt, c. 1. de soluti. vt heres eius, c. fin. 1. 2. q. 2. can. conuenior,
 23. q. 8. c. quod quibusdam, de fideiussor. ad alia autem non tenetur,
 c. hoc ius, §. 1. & §. credit. 10. q. 2. c. gratis, de depos. dicto. c. quod quibus-
 dam, nec ad ea quoque, quæ ratione ecclesiæ contracta sunt, si su-
 pra modum grauant ecclesiā: nisi quatenus conuersum est in eius
 vtilitatem. cap. 2. de soluti. Personæ quibus solutio fit, debent esse
 quoque idoneæ, vt possit liberatio sequi.
 ¶ Primumque generaliter, notamus, ei soluendum esse, cum
 quo obligatio est contracta, vel eius consensu alteri: aliter
 solutio non liberat. l. qui hominem, 34. §. si nullo, l. si quis offerenti,
 58. de soluti. in P. l. inuito, 11. C. eod. tit. Neque si leges eam in hibe-
 ant, veluti debitor pupillo, sine tutoris auctoritate soluens non
 liberatur, §. at ex contrario quib. alienare licet vel non, lib. 2. Institui-
 titu. 8. l. pupillo, 15. de soluti. l. si seruus, 68. eod. titu. l. sancimus, 25. de ad-
 ministra. tuto. C. si consumserit pecuniam pupillus, vel furto ami-
 serit: si tamen eam saluam habeat, aut ex ea locupletior factus sit,
 & adhuc eandem summam petat, per exceptionem dolimāli poterit
 submoueri, d. §. at ex contrario, l. si pupilli debitor, 66. de soluti.
 vt pote bis petens, quod semel debetur, l. bona fides, 58. de regu.
 iur. §. si res, de lega. & ex quo ditior factus est. l. 4. §. si quis, de dol.
 mal. excep. Habetur autem in his censendis ratio temporis, quo
 ipse agitur, num locupletior tunc fuerit qui talis & censetur ex eo,
 q. non est ideo pauperior factus. Marcell. in l. in pupillo, 47. de soluti.
 l. sed et si lege, §. 1. de peti. hered. l. in pupill. 4. de excep. lib. 43. P. tit. 1. Aliter
 sicut pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur, et si alios
 sibi obliget, §. 1. de auct. tuto. l. cōtra iuris civilis regulas de pact. in P.
 l. Julianus, 14. §. si quis a pupill. de act. emi. in P. ita nec sine eiusdē au-
 thoritate distrahere potest, vel tollere obligationē: quia & ipsa dis-
 tractio cōtractus quodā modo est. §. si. de obli. qua. ex quas. cōtract.



Eidem ius in distractu quod in contractu est, l. ab emtione, de pact. in P. l. de tutel. 27. de in iur. res. potissimum cum in vtroque possit pupillus sibi nocere. Quo fit, vt in solutione, quæ fit in commodum pupilli, si ea fiat pupillo, etiam si non adhibeatur tutoris auctoritas, contingat liberatio soluenti, vt Pomponius respondit, in lege quod stipulatus ita sum, lege vndecima de solutionibus, in Pandectis. Recte autem tutoribus, & curatoribus, pupillorum, furiosorum, minorum soluitur, l. quod si forte, 14. §. sunt quidam, & sequen. de solut. in P. etiam illis, qui pro tutore negotia gerunt: dummodo in vtilitatem pupilli pecunia peruenerit. l. debitoribus, 28. de solut. P.

21 ¶ In minore viginti quinque annis eadem fere placuerunt Vlpiano, vt sine curatoris auctoritate debitor ei non soluat: & si soluendum sit, potius in ædem sacram deponat, ne vsuris ultra oneretur, & ne minor perdat pecuniam, vel ad suscipiendum curatorem in hac causa cogat auctore iudice. l. ait prator, 7. §. sed est pecunia, & seq. de minor. 25. an. P. l. 2. C. si aduersus credito. lib. 2. Cod. tit. 28.

22 ¶ Itaque recte in his curatori soluetur, sicuti & curatori furiosi, vel tutori pupilli: non minori, non pupillo, non furioso, ne datum ex illorum imbecillitate pereat, vt respondit Marcellus. l. si seruus, 68. de solut. P. Reo criminis postulato interim nihil prohibet: recte pecuniam a debitoribus solui, alioquin plerique innocentium necessario sumtu egebunt. l. reo criminis, 41. de solutionibus in P. l. quamuis, 45. §. cod. l. auferitur. §. in reatu, de iure fisci. P. nisi fuga reus se subdixerit, & bona eius interim annotata sint, & sequitro commissa. l. in §. si de requiren. reis, l. vel per duellionis crimine sit inculatus, quo casu suorum bonorum liberam, crimine ipso commisso, non habet tractationem. l. in C. ad leg. Jul. mact. §. l. donationes, 32. §. si. de donat. lib. 39. P. tit. 7. In aliis contra, in quibus & ipsi alii libere soluere possunt, l. sed nec illud, 42. de solut. si non in fraudem fisci faciant. l. post contractum de dona. P.

23 ¶ Quando autem sunt plures rei stipulandi, cui solutio facienda sit, & dum plures promittendi correi, quomodo, & in quantum teneantur, Deo fauente postea in fideiussionis tractatione dicemus.

24 ¶ Potest & recte & debet solui heredibus creditoris. tit. l. ab heredi. & contra hered. C. Sed est plures heredes sunt vniuersus creditoris, & pars illorum debitum reposcat, liberatur debitor si soluat illis: melius tamen ager, si per magistratum faciat, vt ne ab aliis coheredibus postea conueniatur. l. si stipulatus, 81. de solut. in P. Sed & si ei, qui pro herede possideat, vel alio modo iniuste hereditatem creditoris, solum fuerit: ita demum liberationem nanciscuntur a vero herede debitoribus, si is qui ante exegerat, restituerit heredi exactum. l. sed est lege 28. §. si minori pretio, & l. si quid possessor, 34. §. si. de petitio. hered. lib. 5. P. tit. 3. l. qui hominem, 34. §. si prodo, & l. filius qui, 90. de solut. P. l. si quis duobus, de legat. 2. Tamen ante restitutam hereditatem fideicommissariam, liberationes & solutiones factæ ab herede, rite omnino habebuntur, l. ante restitutam, 104. de solut. P. l. Marcellus, §. res qua, & l. mulier, §. sed enim l. si heres, §. si heres, ad Trebell. P. & quæ aliquando post fiunt. l. si. de transact. P.

25 ¶ Qui falso procuratori creditoris etiam ignorans soluit, nõ liberatur a creditoris obligatione. l. qui hominem, 34. de solutio. P. l. si urbana, §. nam est si seruus, & §. quod si nec. de condit. indeb. l. cum fundus, §. 1. de reb. credi. in P. Vero tamen procuratori recte soluitur, & ei cui mandatum est, vel specialiter, vel cum omnium negotiorum administratio mandata est. l. vero procurat. 12. l. soluta pecunia, 49. l. hoc iure, 86. de solut. P. Sed est non vero procuratori solutam, ratum tamen habeat dominus quod solutum est, liberatio contingit. d. l. vero procuratori, 12. §. si. & l. ratum, 13. l. si quis offerenti, 8. de solut. Rati enim habito mandato comparatur. d. l. vero procuratori, §. si. & l. solutum, de solu. l. 1. §. sed cum quis, de vi & vi arma. in P. l. hoc iure, §. 1. de reg. iur. l. licet, de iud. c. Quin & si quis mandauerit vt Titio solutam, deinceps vetuerit eum accipere, si ignorans prohibitum eum accipere solutam, liberor: sed si sciero, non liberor. d. l. vero procurat. 12. §. sed est quis. l. qui hominem, 34. §. si Titium, & l. cum quis, 38. §. si debitorum, l. si forte, de off. praesid. §. idem se adhuc, mandat. l. si autem sciente, ad Macedonia. Idem si dispensatori, qui ignorante debitore remotus est, soluitur. l. dispensatori, 51. de solutio. P. Sed & si qui reuocauit mandatum, solutio est facta a scitè reuocato procuratori exegerit, æque fit liberatio. l. si vero non remunerandi, 12. §. si mandauero, mand. li. 1. 7. P. tit. 1.

26 ¶ Item si solutam seruo, exigendis pecuniis creditoris præposito, liberor: et si is manu missus, vel remotus ab hac cura, sed me i-

gnorante fuerit tunc. l. si quis seruo, 18. de solu. P. l. 1. C. de pec. eius qui mer. liber. l. qui fundum, §. seruus pro emt. P. l. si vnus, de pact. l. seruo, de actio. P. ¶ Si solutio facta sit matri, quæ ius administrationis filie creditricis non habebat, per debitoris id scientes, maxime matrem non existente soluendo, non liberantur: si per ignorantes bona fide, cum ea se pro administratrice gereret, liberantur. Scamola, in l. filie intestato, 88. de solu. in P. l. qui alien. 33. §. quanquam, de negot. gest. P. lib. 3. tit. 5. ¶ Nec quod debetur vxori, potest solui marito, nisi ea consentiat, vel ratum habeat. l. cum maritum, 11. C. de solu. l. si Stychius, §. in de nonatio. P. l. si soluendo, de nego. gest. in P. ¶ Quod filiofamilias pater dari stipulatur, cum id sibi acquirat, & agatur de obligatione, recte dicitur filiofamilias id solui sine consensu patris non posse: si tamen quis sibi dari aut filio stipulatur, recte filiofamilias. & emancipato datur: quia tunc cõiuncta est peror a filii sui, non acquirendæ obligationis gratia, sed solutionis causa. l. cum qui ita, 56. §. qui sibi aut filio, de verb. oblig. P. l. Stychius, §. que situm, de solu. P. l. sed si filio, §. si mihi, de constit. pecunia. Iis tamẽ, qui in nostra potestate sunt, recte solui potest, quod ipsi crederint, l. seruus, 28. de pact. in P. l. non idem, 25. de nouat. P. li. 46. tit. 2. vt seruus quod peculiari nomine crederit, exigendo liberat creditoris, l. fugitiuus seruus, 19. de sol. d. l. si vnus. etia si adempta potestas fuerit tunc, dum soluit, & debitor ignoret. l. si seruus peculiaris, 32. l. quod seruus, 35. de solu. P. Recte ex iussu etiam creditoris, debitor alii soluere potest, nisi post mortem suam creditor alteri soluere iubeat. l. Julia, 7. de dol. mal. excep. P. l. solutum, 11. §. solutum, de pig. all. l. 13. P. tit. 7. l. cum iussu, 64. solut. P. quia morte soluitur mandantis mandatum. l. si de solu. in P. l. si quis alieni, §. morte, l. inter cassus mada. P. ¶ In alternatiua stipulatione Titio aut mihi dari, solutio ne facta vni, liberatio fit ab altero: quia solutio ex arbitrio stipulantis in alterum potius, quam obligatio collata est. §. plane, solutio, de in iur. stip. l. vero procuratori, §. inter dum, de sol. P. l. qui hominem, 34. §. si stipulatus, 49. eo. tit. de solut. vt nec nouare, nec acceptum facere queat, sed tantum solui ei possit. l. quod stipulatus, 10. & l. si stipu. 11. l. vero procuratori, §. inter dum, de sol. P. Etque sola accessio facta personæ in obligatione, cum mihi, aut Titio hominẽ stipulor, l. obligationum fere, 43. §. accessio, de actio. in P. vbi quaeritur, an ipso iure fiat liberatio, homine soluto Titio. d. §. accessio. In qua & liberari per exceptionem debitorem soluentem hominẽ Titio placuit. Cassus, in l. si, cum mihi, de verb. obl. P. Neque enim vtrique vtrumque soluere, sed alterum secundum cõceptionem tenetur. l. qui hominem, 34. de solut. in P. Si is, qui stipulatus est sibi, & Titio dari petat, amplius Titio solui non potest, quamvis ante litem contestatam possit, Vlp. l. si quis stipulatus, 57. §. si. de solut. P. quanquam prohiberit, qui stipulatus est illa conditione debitor Titio soluere. Nam & post prohibitionem, ante tamen petitionem stipulantis, Titio soluendo liberatur. Quia certam conditionem habuit stipulatio, quam mutare non potuit stipulator. l. vero procuratori, 12. §. sed est quis, vers. alia caus. de solu. P. Contra tamẽ, si post stipulationem Titio solui permittat: nam vetare post potest. l. aliud, 106. de solut. P. Quin & si debitor postea constituat stipulanti solutum, quamvis illi creditori competat de constituto actio, tamen potest debitor recte Titio adiecto soluere, l. si ita stipul. 59. de solu. P. vide l. si vero mihi, de constit. pecunia & mediam partem stipulanti, & mediam adiecto. l. cum decem, 71. de solu. P. Si moriatur, tamen adiectus Titius, heres eius non potest solutionẽ accipere, nec ei soluendo debitor liberaretur, l. si stipulatus sum, 81. de solu. Julia. l. cum quis, 55. de verb. oblig. quia personalis hæc causa, l. quia tale solut. mat. P. & conditio est stipulationis de soluendo Titio videtur inesse, si in eodem statu maneat: vt neque etiam ei deportato postea, vel ex silio damnato, vel aqua & igni damnato, vel seruo facto, vel adoptato, solui possit. Africa, in l. cum quis, 38. de sol. nisi minutio capitis, vel mutatio status in melius fieret: vt ex consensu interpretum receptum credo, l. Stychius aut Pamphilus, 95. §. vsum fructum, & ibi gl. in verb. interdict. de sol. in P. l. cum qui ita, 56. §. q. sibi, de verb. oblig. in P. vel si adiecto personæ facta sit, quæ aliam quoque personam adiecti ratione continetur: vt si mihi dari, aut pupillo, vel furioso stipuler, recte liberatio cõtinget, si tutori vel curatori eorũ soluitur. l. Stychius, 95. §. vsum fructum, de solut. Verum tamen si mihi, aut Titio dari stipulatus fuerim fundum, quamuis is datus fuerit Titio, nihilominus possim petere fundum, vt mihi de euictione caueatur. l. Julian. 131. §. si. de verb. oblig. ¶ Generaliter porro solutio fieri debet secundum iuris communis dispositionem. §. at ex contrario, quib. alien. licet, vel non. Sed quomodo & secundum quam formulam solutio faciendã sit, videamus: atq; negotium, quod geritur, videlicet ipsam solu-

soluionem, contempletur. Solutio ex lege obligationis facienda est in loco congruo, quod placuit. *L. oblationis, 9. de solu. C. l. soluturis, eo. tit. P. l. mora, de usur. in P. l. qui Romae, de verb. oblig. l. i. 23. Et licentiam Capus, de eo quod uero loc. lib. 14. P. tit. 4. Et in tempore debito vel constituto, l. magnam, de contrab. Et committent. *l. sup. C. l. continuis, 137. §. cum in, de verb. oblig. l. soluturam 85. de sol. l. alias non fit liberatio. Nec tenentur etiam quis ante diem soluere, quia debitori tempus dilationis liberum est ad soluendum: ut si velit, possit intra illud soluere, ante uero non cogatur. l. quod in diem, 70. l. qui res suas 98. §. mihi decem, de sol. in sol. post morem, C. de fideicom. l. sup. §. 4. §. inter certam, l. qui Roma, 122. de verb. oblig. Nisi in gratiam creditoris adiciatur dies: quia tunc inuito eo per debitorem non poterit anticipari solutio, ut in *l. f. ita, §. Pegasus, de legat. l. l. fideicommissi, §. cum Polidius, de usur. P. l. item illa, de consti. pecunia, vel nisi prorogatio terminii fiat, debitori, per quam tempus obligationis vitat ex voluntate creditoris, l. cum stipulatus, 113. de verb. oblig. vel auctore iudice, l. si debitori, 2. l. de iud. l. 5. P. tit. 1.***

¶ Vel etiam iuris auctoritate, qua qui certo tempore soluere debet, non statim precise soluere cogetur, sed cum aliquo temperamento, ut non debeat venire in momento cum sacro paratis accipere, l. quod dicitur, 105. §. de solu. P. l. deo olim debitoribus debitum consentientibus dabatur spatium duorum mensium ad soluendum, l. de iur. 31. de re iudic. lib. 42. P. tit. 1. Et ubi gloss. hodie quattuor, in *l. de usur. res iud. C. interdam quinque male spatium, si de euitanda cessione bonorum agatur, l. fin. qui bonis cedere poss. C. lib. 7. tit. 7. nouella 135. vel aliud quodpiam a lege definitum, ut in *l. in fraudem, §. si calibus, de iur. fidei. in P. vel iudicis arbitrio statuendum ex legis permissione, habita ratione debiti, facultatum reorum, & personarum, & loci, l. de iur. 37. C. l. si item qui, de verb. oblig. Et hic fit calculus num post moram, vel diem promissum solutio fiat, num moram emendauerit debitor, Paulus in *l. si seruus, 91. §. sequitur, C. l. cum stipulatus, 113. Et l. si seruus, 114. de solu. P. l. num obulerit, l. in actio, 22. §. de illo de actio. P. l. hereditator, 102. de sol. obli. gauerit, l. oblatione, de solu. C. l. acceptan. de usur. aliaque perpenduntur, quae antea de dolo, culpa, casibus fortuitis, & mora diximus supra c. 1. 12. 13. 14.***

¶ Sed si ex pluribus obligationibus debitor quis sit, & soluat pecuniam aliquam quantitate, vel quid aliud in solutum det, secundum quid, & cuius contingat liberatio, videamus. Itaque primam incipiemus, propter quod debitum fiat expresse solutio, si id dixit debitor, in quod debitum uel solutum, & sed sequitur, l. 1. Et ubi fideiussor, 24. l. Paul. 101. Et l. hereditator, 102. §. cum de sorte, ff. de solu. P. l. 1. C. eod. si debitor nihil de eo dixit, in arbitrio accipientis est, in quod uelit acceptum. *Dummodo*, inquit *Vlpianus, l. 1. §. 1. de solu. P. Paulus, l. cum ex pluribus, 97. eo. tit. in id constituit solutum, in quod ipse se debet, esset solutus, quoque debito se exoneraturus esset, si debet, id est, in debitum quod non est in contrarium factum: aut in illud, in quod quis fideiussor: aut cuius dies nondum uenerat. Et quissimum enim visum est, creditorem agere rem debitoris, ut suam ageret. Permittitur ergo, inquit, creditori constituere in quod solutum uelit, dummodo sic constituat, ut in re sua constitueret. Sed constituere in re presenti, hoc est, statim atque solutum est, debet. Haec *Vlpianus*, cui adiecit rationem *Florentinus, l. 2. de solu. in P. eadem in l. cum ex pluribus, 97. eo. tit. Quod in re agenda hoc fiat, ut creditori liberum sit non accipere, uel debitori non dare, si alio nomine exsolutum quis eorum uelit. Ceterum addit *Vlpianus, l. 3. eo. tit. P. postea non permittitur, & pauca concludit, Haec res efficit, ut in diuorem causam, scilicet debitoris, semper uideatur debere sibi accepto ferre, simile in *l. 5. de solu. in P. ita enim infuso constituitur eorum nomine, id est, in sua obligatione.****

¶ Grauior & durior causa est, & prior imputanda, debere suo nomine quam alieno, id est, ex fideiussione. *Pompo, l. 4. C. l. ob triginta, 73. de solu. P. l. si res aliena, in si ad T. rebell. P. Et grauius quod cum poena, quam quod sine poena debetur, l. d. 4. de solu. C. l. cum ex pluribus, 97. eod. quod satisfactio quam quod sine satisfactio. Item id quod ex famosa causa, eo quod ex non famosa debetur. *Vlpianus, in l. si quid ex famosa, 7. de solu. l. in duabus, 105. de reg. iur. l. haec enim, de iust. iur. l. id quod ex causa iudicati, eo quod non ex causa iudicati, l. si quid ex famosa, & dicta l. cum ex pluribus, quia maiores uirtute iudicari debentur, l. 1. C. 3. de usur. res iud. C. Grauius debetum etiam, quod crescit per infirmitatem, quia poenam habet, eo quod non crescit, l. si quid ex famosa. Praegratius & magis debetum quod praesenti die debetur, l. in his uero 5. de solu. in P. Sed & inter debita illud atrocius, quod uisur feruit, propter pernicitatem & impietatem uisurarum quae bona sensum debitorum paucis**

diebus depopulantur, ut Deo fauente, dicemus in uisuris. ¶ Si par causa sit debitorum aut nominum, antiquiori adscribenda est solutio, quando nihil in ea aliud expressum sit, in his 5. de toll. P. l. ubi fideiussor, 24. l. si ex pluribus, 89. §. si l. pupilli, 96. §. cum in eodem, & d. l. cum ex pluribus, C. l. hereditator, 102. de solu. P. Et debitum est efficax, quod peti poterat, l. si is cui numos, 94. §. Flavianus, de solu. P. l. cum ex pluribus, 103. eo. quod uero solutio prior debito, ex solutione supererit, in sequens debitum computabitur. *l. pupilli, 96. §. cum in eodem, & d. l. cum ex pluribus, 97. de sol. Quod si par & dicitur, & contractuum causa sit, ex omnibus summis pro portione uideatur solutum, Paulus, in l. illud, 8. de sol. Disparem autem causam debiti non facit maior uel minor summa, sed causa, ex qua debetur res, l. si in duabus, 105. de reg. iur. Porro si uisur cum debito debentur, nihilque dictum sit soluendo, num pro uisuris uel sorte solutum uelit debitor, in solutione uisurarum, non sortis, l. T. tua, 48. de solu. P. l. 1. C. eod. tit. reputatur solutio: aliter tamen cauceri potest, l. hereditator, 102. §. cum de sorte, de solu.*

¶ Effectus propter quem fit solutio, est liberatio, ut diximus, ab obligatione. *l. solutionis, 5. 4. de solu. l. amplius rem ratam habe. P. ut si res data non fit irrita, ut exigere obligationes ab initio huius tractationis diximus, supra c. 2. huius lib. ut que, quod cuique competit, & obligatione, quae situm est, tributum, secundum iuris praecpta, §. iuris praecpta, de iust. Et iur. Et proinde implere fides censetur, quoties id quod tibi debebam ad te peruenit, & tibi nihil absit, nec quod solutum est, repeti possit: tunc enim & competit liberatio, l. quoties, 61. de solu. P. Absente autem mihi quippiam uideatur ex re debita, si eam alio modo, quam quo debebaturate, consequatur, non ratione rei, sed ratione obligationis, quae mihi salua remanet ad estimationem, uel quod inde pender consequendum, ut apud *Italia, in l. si is qui Syrbum, 17. §. l. ex promissione, 18. de actio. in P. l. non est nouum, C. de actio. em. l. 1. C. de re iud. l. non solum, solu. mar. Quae admodum & qui sic soluit, ut reperat, non liberatur: quia nec alienantur numeri, qui sic dantur, ut redipiuntur, l. qui sic soluit, 5. §. de sol. P. l. non uideatur, de dona. caus. mor. l. 3. §. si. Et l. si q. como P. Pari modo, si res in solutum data euincatur, non sequitur, donec euictio luatur, liberatio, l. si quis aliam rem, 46. de sol. P. l. libera. de senten. Et inter in P.**

¶ Erideo in hac causa, ut sequatur liberatio, de euictione quoque promitti debet, *Scaeuola in l. Italia, 131. §. qui fundum de verb. oblig. in P. Nam qui rem in solutum accipit, si uilis est emtori, Vlpianus in l. si quib. ex cau. in possessio. ear. l. 4. 2. P. tit. 4. l. sequitur, §. de illo, de uisur. unde nec quod postea ea res a creditore melior, & maioris ualoris effecta est, repeti a debitor potest, l. cum, pro pecunia, 24. de solutio. C. Obseruatur ut cum ex pluribus debitoribus vnus creditoris, uel in solidum, uel pro parte, obligatis, vnus integrum debitum pro aliis, uel ultra, quam pars sua deposcat, soluit, conueniens is creditor possit, ut in alios sibi cedat quas habet actiones, pro repetitione eius, quod pro correis debendi soluit, l. Syrbum 95. §. si mandato, de solu. P. §. quod si tempus, nouella 4. Eaque pacto cessionis fieri debet ante solutionem: nam post solutionem non admittitur. *l. Modestinus, 76. de sol. P. l. cum is, de fideiussor. l. nulla, 5. de solu. Datur tamen in rem actio utilis pro non cessa, aduersus alios soluenti, l. 1. §. non tractemus, de iust. Et ratio: d. l. 1. de actio. Et oblig. l. 4. C. titu. 10. uel negotiorum gestorum actio, remanente tamen exceptio aduersario, si locus ei possit esse doli mali. *Julianus, in l. de quare, 74. §. si. de iudic. lib. 5. P. tit. 1.***

¶ Qui solutionem probat, chirographum debiti condicere potest, l. si. C. l. de solutio. 2. de condit. ex lege. l. 4. C. titu. 9. ut si chirographo debiti inani facto & pignori solutione liberatis: utque tam a creditore, quam ab alio, si detineatur, & reliquae eius debiti scripturae, ut exhibeantur & restituantur, debitor agere potest, *Vlpianus, in l. solutione, 18. ad exhibend. lib. 10. P. titu. 4. l. instrumenta, 6. C. l. si. eo. titu. lib. 13. C. titu. 42. Interest enim debitorum tabulas, & instrumenta, seu chirographa debiti penes se habere solutione facta: quia plerumque creditores calumniantur non factam solutionem, & ne controuersia rerum moueatur, eaque ratione qui eas tabulas amouet, furti tenetur, & in duplum damnatur summae his comprehensa. *Vlpianus, in l. qui tabula, 27. de fur. lib. 47. P. tit. 2.**

¶ Est praesumptio iuris uigentissima, si penes debitorem est instrumentum, uel chirographum debiti fit, solutum fuisse uel remissum debitum in eo contentum, l. 2. de pact. P. l. qui chirographum, 57. de leg. 3. capitu. sane, in *l. glo. in uerbo, redens, de renuntiat. l. mortis cau. 18. §. T. tua, de dona. cau. mor. P. Nisi creditor contra uoluntate suam, ad eum peruenisse chirographum*

doceat, *l. quod debitori, s. de solut. C.* vel alio modo constet, & probetur non esse solutum. Sicuti & in chirographo cancellato responsam est, qui certe presumptionem facit solutum fuisse debitum: ceterum non excludit probationem contrariam creditoris. *Modestus in l. si chirographum, 2. q. de prob. li. 2. P. tit. 3.* Quemadmodum solutionem probanti debitori nihil obest inductum, vel non cancellatum fuerit. *l. inditum, 2. C. de solut.*

40 ¶ In dubiis porro prior erit sententia ad liberandum, quam ad obligandum. *l. Arrianus, de act. in P.* Fiunt & contra chirographorum, vel cautionum, seu nominum probationes, recanta seu apochæ per creditores debitoribus, quas vocamus quitantias, quibus creditores se debita, seu res receptisse fatentur, *meminit de recantibus nouella 119. D. Augusti de cura pro mor. agen.* tutique euadant debitores a petitione debiti, *l. 2. de apoc. li. 10. C. tit. 22.* nam illæ sunt pecunia soluta. *l. si acceptolatum, 19. §. 1. de accept. in P.* Et si de tribus annis soluendis agatur, & apochas trium proxime præteritorum annorum debite, & ab iis qui potestatem faciendi habeat factas quis exhiberit, antea actis annis soluisse quoque præsumitur, vt nec præteritorum annorum apochas teneatur exhibere nisi antapocha, vel contrariæ adsint probationes, *l. quicumque, 3. de apoch. publi. lib. 10. C. l. plures, de fide instrument. C. & hoc favore liberationis receptum.* Nam alioquin præstatio certorum annorum, seu solutio, non constituit aliquem debitorem in posterum: nisi contrarium probetur, *l. si certis annis, 18. Cod. de pact. l. creditor, C. de usur.* nisi a sciente indebitum solutum, & fauor alimentorum concurrat, *l. 1. C. de fide commi. vel decennio quis ex eadem causa, id est, longo tempore, soluerit. l. cum de in rem verso, de usur. in P.* In fauorem quoque liberationis, proximitas sanguinis, longinquitas temporis, & sæpius habita ratio inducunt remissionem debiti, & presumptionem solutionis faciunt. *l. Procula, de procurat. in P. Barto. in Libertus, de aliment. & cib. leg. in P.*

41 ¶ In promissione alternatiua, dandi, veluti dandi, aut hominem, aut decem, quis tantum ad vnius extremi solutionem tenetur, & eo soluto ab alio liberatur: & si alterum soluitur, condicitur. *l. qui hominem, 2. q. de solut. in P.* Si quis alternatiue sic Stychiū aut Pamphilum stipulatur, vel alias duas res, quarum vna est tunc in dominio creditoris, puta Pamphilus, vna tantum in obligatione, & solutione est, nec si postea ea, quæ tunc in dominio est, exeat potestatem creditoris, peti potest. *Marti. l. qui decem, 72. §. Stychiū, de solut.* In stipulatione alternatiua hæc, vt Stychiū aut Pamphilum vtrum ego volam, dabis altero mortuo, ille solus, qui viuit, petetur: nisi mora fuerit facta in mortuo quem petitor elegerit, quia ille tunc perinde debetur, ac si in obligatione solus deductus fuerit. *l. Stychiū, aut Pamphilum, 95. de solut. in P.* Quod si promissoris fuerit electio, de sancto altero, qui superest æque peti poterit, *d. l. Stychiū, §. 1. nisi etiam promissor alium iam elegerit, l. huiusmodi, §. Stychiū, de leg. 1. l. statim liberis, §. fin. de leg. 2. l. 2. §. qui Stychiū, de eo quod certo loc. l. si quis stipulatus, de verb. oblig. l. cum is qui, de condit. indeb. P. l. in emptione, §. penul. de contrah. emt. l. Stychiū, ad leg. Aquei.* Enimvero si factio debitoris alter sit mortuus, cum debitoris esset electio: quamuis interim non alius peti possit, quam qui solui etiam potest: nec defuncti offerri æstimatio potest, si forte longe sit vilior, quoniam id pro petitorum in penam promissoris constitutum est. Tamen si alter seruus sine culpa debitoris moriatur, nullo modo ex stipulatu agi poterit, cum illo tempore, quo moriebatur, non commiserit stipulationem. Sane quoniam impunita non debent esse admitta, doli actio non immerito desiderabitur, aliter quam in persona fideiussoris, qui promissam hominem interfecerit, quia tenetur ex fideiussione fideiussor, quemadmodum tenebatur, si sine herede debitor decessisset, vt hæc late Paulus hisdem verbis explicat, *d. l. Stychiū, aut Pamphilum, 95. §. quod si, versumimvero, & versumimvero, de solut. P.* & aliis iurifcons. *l. si areo, §. si de fideiussor. l. mora, §. si de usur. P. repetit hic l. si seruus, & l. mora, & l. si ex leg. cau. de verb. oblig. & l. cum filius iam, eod.*

De Acceptationibus. Cap. 19.

Inft. lib. 3. tit. fi. Lib. 46. P. tit. 4. Lib. 8. C. tit. 44.

- 1 Acceptatio quid.
- 2 Apocha & acceptationis solutio, eod.
- 3 Acceptationes utiles & inutiles.
- 4 In acceptatione que consideranda.

Acceptationis qua res sint capaces, eod.

4 Aquiliana stipulatio.

Gallus Aquilius, eod.

Acceptatio vel solutio nec ante diem, vel pendente conditio-

ne, eod.

5 Fieri proprie dicitur.

6 Acceptatio non valet partis rei indiuidua, qua tota debetur, &

que alia accepto fieri nequeant.

7 Accepto ferre qua persona possunt.

8 Pacti & acceptationis differentia.

9 Acceptationis diuersa, in rem & in personam, conceptio,

10 Acceptationis formula.

11 Liberatio acceptationis finis est.

12 Acceptatio facta irrevocabilis est.

13 Praescriptis verbis actio datur ex acceptatione.

A Acceptatio, ¶ imaginaria solutio est, §. siem per acceptationem, quib. mo. toll. obli. id est, solutio sine rei interuentu, *l. imaginaria, de reg. iur. P.* liberatio, quæ solutioni comparatur, *l. Papius, in l. non solum, §. si quis qui de liber. leg. lib. 34. P. tit. 3.* vt enim naturaliter obligationem tollit solutio, sic ciuilitate acceptatio, *l. verborum, 107. de solut. in P.* Et hoc interest inter acceptationem, & apocham: quod acceptatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non alias, quam si pecunia soluta sit, *l. Papius, in l. si acceptorum, 19. §. si de accepta, in P.* Modestus acceptationem definit, vt sit liberatio per mutuum interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio, *l. de accept. in P.* Acceptum ferre, est confiteri acceptisse, quod non accepimus, *l. si ex pluribus, 87. de solut. in P. l. si seruus, 6. de manum. l. tali, 48. §. 1. de iure dot. l. cum & sortis, 35. de pign. act.*

¶ Acceptationum alie utiles, alie inutiles, *l. in inutilis, §. de accepta, in P.* Vtiles sunt, quæ sui natura liberant: inutiles, & quæ inefficaces omnino sunt, vt pote, quæ neque consensum, neque pactum habent, *d. l. in inutilis.* Et illæ quoque quæ habita ratione nature acceptationis, sitio iure liberationem non patiunt: vt si acceptum fuerit ei, qui re, non verbis obligatus erat. Verum is, cui acceptatio facta est, potest se exceptione doli mali, vel pacti conuenti tueri, *l. Papius, l. si acceptorum, 19. de accept. P. l. cum emtor, de rescindend. ven. l. si vnus, §. pen. de pact. in P.* quia si acceptatio inutilis fuit, tacita pactioe id actum videtur, ne peteretur, *l. si vnus, 28. §. si acceptatio, de pact. in P. & sibi Accur.* inutilis videlicet, ratione conceptionis inepte, quod inter absentes fiat, vel sub conditione, vel in diem, *arg. l. 1. §. eum qui, de const. pecunia, vel ratione rei, l. cum emtor, de rescin. vend. l. si acceptolatum.*

¶ Consideramus in hac quoque acceptatione res, de quibus fiat, & personas a quibus, & quibus, & ipsam formam secundum quam fit, & intentionem, & finem propter quid, & quare fiat. Res, quæ in acceptationem deducitur, debet esse in obligatione, & debita, alioquin quæ extra adiciuntur, superflue veniunt: vt si tantum decem debeam, & dixerim, quod tibi decem promisi, viginti ne habes accepta, decem tantum erunt in stipulatione, *l. Pomponius, in l. si is qui Stychiū, 15. de accept. Et in summa, nisi consentiat acceptatio cum obligatione, & nisi verum est, quod in acceptatione demonstratur, imperfecta est acceptatio. *l. Paulus, nisi consentiat, 44. de accept.* Proinde sola verborum obligatio, accepto ferri potest, & verbis promissio verbalis tolli, *l. in inutilis, §. si acceptum ferre, & d. l. nisi consentiat, & l. si acceptolatum, de accept. in P. §. item per acceptationem, quib. mod. tolli oblig. l. nihil tam naturale, de reg. iur.**

¶ Et ideo, si quis voluerit ea, quæ ex alio contractu, quam verborum debentur, accepto ferre, prius debet debitum, per Aquilianam stipulationem ab Aquilio Iurifconsulto æquissimo, quem laudat iudicem magnæ auctoritatis, & scientia iuris ciuili excellentem Valerius Maximus *lib. 8. ca. 2. inductam, debitum nouare, & in verborum obligationem conuerrere: & sic postea accepto ferre, l. 3. C. de accept. 4. C. de transact. d. §. item per acceptationem.* Et ita est prodita Aquiliana acceptatio ex formula stipulationis Aquilianæ, cuius verba concepta, hæc, *Quicquid te mihi ex quacunque causa dare, facere oportet, oportebit ve presens, in diem, ve, quarumcumque rerum mihi tecum actio, quæque aduersus te petitio, vel persolutio est, ferit ve, quod veru meum habes tenes, & c.* accepto habeo. *d. §. siem per acceptationem, versic. est autem l. & vno ex pluribus, 18. §. 1.* Quæ formula generalis est, & pro certis tamen concipi potest. *Papin. l. cum Aquiliana, §. de transact. in P. Aquiliana, inquit Vlpianus, stipulatio omnimodo omnes obligatio-*

actiones precedentis nonat & perimit, ipsaque perimitur per acceptationem. Et hoc iure vivitur. Ideoque & legatarius & fideicommissarius sub conditione relicti in stipulationem Aquilianam deducuntur. *Vlpian. in l. Aquiliana, 4. de transactio. in P.*

¶ **A**quiliana stipulatio viam sternit acceptationi, & materiam disponit, reddiditque idoneam, quae aliter respicit acceptationem. Nam acceptatio sub conditione fieri non potest, *Pompon. l. 4. de acceptatione. P. l. actus legitimi, 77. de reg. iur. nec in idem, in diem 5. de accepta. P. dicit. l. actus, de reg. iur.* quia imitatur acceptatio solutionem, d. l. in diem. Solutio autem vera fieri non dicitur eius, quod in diem, vel sub conditione debetur, nisi adueniente die & conditione, *l. non solum 5. 1. de liberat. lega.* Et quamvis dicamus valere solutionem, & acceptationem debiti sub conditione, conditione adueniente, & haberi rationem temporis, quo acceptolatum, vel solutum fuit, *l. sub condi. 16. de solut. in P.* tamen intelligendum est nec alterum liberare cum sit, quia nondum debebatur, pendente conditione, *leg. is cui, de act. cum priuato praesupponat habitum in l. Iulianus, de disort. P. l. decem, de ver. oblig. in P.* sed adueniente ea, retrahitur, & quodam nouo iure firmari, & fieri liberationem, vt de donatione, quae fit vxoribus & filius familias, scriptum est, & in aliis rationibus, *leg. donationes quas parentes, 25. §. fin. de dona. inter vir. & vxor. in P.* Explicat Pomponius. *Quod in diem, inquit, aut sub conditione debetur, acceptatione tolli potest, sed ita id factum apparebit, si conditio stipulationis exstiterit, vel dies venerit. Pompon. in l. quod in diem, 11. de acceptat. Vt autem contingat statim liberatio, sub conditione debitum per nouationem transfunditur in puram obligationem, postea acceptatione tollitur, vt ait *C. Venuleius, in l. si sub conditione, 21. de acceptat. in P. l. & per iusurandum 13. §. si legatorum. eod. tit.* Quare ex intentione Vlpiani, si Sychum aut decem sub conditione stipulatus Stychem acceptum fecerit, & pendente conditione Sychus decesserit, decem in obligatione manebunt, perinde ac si stipulatio interposita non fuisset, d. l. & per iusurand. §. si Stychem, de acceptat. P. l. si vnus, §. sed si stipulatus, de pacti. P. De acceptatione quoque concepta est ante debitum factum, eadē die facta sunt, quae conditionali obligatione, dicitur. *l. & per iusurand. §. qui ita stipulatus, vers. nam estsi fideiussores.* Sed et si quis ignoras solutionem debiti factam fuisse procuratori suo, seruo debitoris soluit acceptum fecerit, postea autem rescierit, & id ratum habuerit, confirmatur solutio, & quod acceptolatum est, nullius sit momenti: & contra, si ratum non habuerit, quod acceptum fecerit, confirmatur, *Celsus, l. cum decem, 75. de solut. in P.* Solutio enim facta de iure obligatio, §. 1. quibus mo. toll. obligat. vt superiori capite diximus: id est acceptatio rei quae non est, non fiet, aut sine debito, quod magis ea respicit, quam rei existentiam. Quia aliquando quando res peti potest, etiam si res facta interierit, vt in mora accidit, acceptatio fieri potest, & nouatio, *Paul. in l. si forum, 9. §. si solus, & seq. de verbo. obligat. in P.* Obligatio iuramenti potest per acceptationem tolli, *Vlpian. l. & per iusurandum 13. de accep. P. leg. ut iusurandum, de oper. lib. in P.* re in stipulationem deducta. Et si diuidua sit, & pro parte acceptatione tolli potest, si indiuidua, non vtique, dicitur. *l. & per iusurandum, 13. §. 1. stipulationes non diuiduntur, de verbo. obligat. l. sed est non numerata, 10. de acceptat. in P. formula partis acceptum ferenda, in l. pars stipulationis, 9. eod. titu. P.**

¶ **Q**ui accepto facit, vel totum, vel partem eius, quod stipulatus est, debet accepto facere. Quare qui totum est stipulatus, ex eo non potest, quod nec totum est, nec pars accepto ferre: veluti qui fundum stipulatus est, non potest vsusfructum causalem, vel viam fundi accepto ferre: quia partes fundi haec non sunt. Et ita qui domum stipulatus est, non potest accepto ferre camenta, vel fenestras, vel parietem vel dietam, dicitur. *l. & per iusurandum, §. illud, cum sim. ibi nota.* Aliud non debitum pro alio debito quoque accepto ferri non potest, vt si vsusfructus mihi debitus, eum tamquam vsu tantum debito, accepto ferre nequeo: possum tamen vsu acceptum ferre, vt deducto eo a fructu: cum vsus sine fructu constitui possit, dicitur. *l. & per iusurandum, §. si quis vsusfructum.* Dolus committendus accepto ferri non potest, nec doli clausula, dicitur. *l. & per iusurandum, §. cum qui commissus, potest, leg. si vnus, §. illud, & pacta qua turpem, de pacti. in P.* Si aliud accepto tuli aliud, tu rogasti, non valet acceptatio, nec sequitur liberatio, *l. pluribus 6. de acceptat. P. l. in omnibus, de act. P.* Vna acceptatio pluribus contractibus praecedentibus, dummodo de his agatur, sufficit. *l. pluribus, 6. de*

acceptat. P. & l. si ex pluribus 16. eod. l. cum Aquiliana, de transacti. P. Fieri tamen potest de vno ex pluribus, vel certis, vel incertis, vel quibusdam exceptis, *l. & vno, 18. de acceptat. P. l. qui hominem, 17. eod.*

¶ **P**ersonae quae aliam liberare per acceptationem possunt, sunt tantum ipsi creditores, & qui rogare possunt, ipsi tantum debitorum, videlicet qui debent, & quibus debetur. *l. an inuisilis, §. fin. verum. ter. de accep.* Acceptatio quippe, stipulatio est verbis facta: stipulatione autem nemo alteri quare regulari iure potest. *l. stipulatio hoc modo concept. §. §. alteri, de verb. oblig.* Per procuratorem itaque nec liberari, nec liberare quicquam acceptatione sine mandato potest, *Paul. l. per procuratorem, 3. de accepta.* Sed necis, nec tutor, nec curator furiosus, vel prodigi acceptum ferre possunt: nisi prius nouerint obligationem, & in suam personam transfulerint. *l. & per iusurandum, 13. §. 1. ut. de acceptat.* Seruus quoque nec iussu domini acceptum ferre potest, *Caius, leg. seruus, 22. de acceptat.* videlicet quod domino debetur: nisi prius sibi stipuletur, & nouet. d. §. tutor. Potest tamen & seruus, & alius filius familias, quiq; seruus vsusfructuarius est, liberare dominum vel patrem ab eo debito, quod debent rogando per acceptationem: quia haec liberatio est species acquisitionis, *l. species, 11. de acceptat.* Pupillum & sine tutoris auctoritate liberari posse per acceptationem placet, *l. 2. de acceptat. in P.* at liberare suum debitorem, nisi cum tutoris auctoritate, interuenientibus solemnibus verbis, non potest. *l. 1. Cod. de acceptat.* Absentem quis & inuitum ab eo, quod debet liberare potest, creditore consentiente. Heres quoque & liberari, & liberare accepto potest: & honorarii successores; dicitur. *l. & per iusurandum, §. heres.* quia heredes pro eadem persona cum defuncto, *l. fin. de hered. instit. in P.* censentur consentiente & accepto ferente: facta prius nouatione in personam rogantis, *l. si debitor, 9. de solut. P. l. & per iusurandum. §. tutor, de accept. P.*

¶ **E**t ex pluribus reis stipulandi si vnus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidum, dicitur. *l. & per iusurandum, §. fin. & l. 2. §. fin. de nouat. libr. 45. P. titu. 2.* Quo differt acceptatio a pacto, ubi diuersum statuitur, *l. si vnus, verb. 1. de pact. argumento l. si quis reum. §. fin. de libera. leg. l. cum duo, de duob. reis. P. l. si rem, §. si suo, de nouat. P.* Erit haec resoluta vna parte contractus, si quid aliud non excipiatur, omnis contractus soluitur, *l. fin. de acceptat. P.*

¶ **C**eterum hic animaduertendum est, formam & intentionem acceptationis bifariam contrahi ex praescriptis a iure: nam acceptatio, vel in rem, vel in personam fit: siquidem si concipiatur in rem, vera sunt quae diximus, vni ex coheredibus acceptolato debito, vel vni ex coheredibus liberari & coheredes & coheredes alios, *l. si ex pluribus, 16. de acceptat. P.* At quando in personam rogantis accepto fertur, liberatur tantum is, cui accepto fertur, non alii. *l. 2. §. si tamen hominem, de verbo. oblig. in verbo. acceptolatum.* Quod in fideiussoris rogatione, & acceptatione docetur illa distinctio, An ei in rem accepto latum sit a creditore, vt tunc quoque liberetur creditor, *l. & per iusurandum. §. estsi fideiussori, de acceptat. P.* An in personam, vt tantum liberetur fideiussor, dicitur. *l. & per iusurandum, §. si legatorum, & ibi gloss. in verbo delectum, & §. qui ita.* Verum nihilominus erit, liberatio principali acceptatione, & liberari fideiussorem. *l. si ex pluribus, 1. §. fin. de accept. P.* Nam principali obligatione sublata acceptatione, omnes clausulae eius sublatae videntur, & aliae eius partes, *l. si accepto fuerit, 20. de accept. in P.*

¶ **F**orma & negotium acceptationis in illius conceptione apparet: qualis ea, cum promissor ita accepto rogat, quod ego tibi promisi, habes ne acceptum? Si quidem apparet quod actum est, id solum per acceptationem sublatum est: sed si non apparet, omnes stipulationes sublatae sunt, *Vlpian. l. pluribus, 6. de acceptat.* Sane & sic acceptatio fieri potest, accepta facis deo? ille respondet, facio. *l. sane, 7. de accep. §. sic per acceptationem, quib. mod. toll. obl.* Nec interest quo idiomate, Graeco vel Latino fiat, dummodo, qui agunt, se intelligant, dicitur. *§. item per acceptationem, & versicul. sed & Graeco, l. an inuisilis. §. §. fin. de acceptat. P.* vel per se, vel per interpretem: quia id receptam est in stipulationibus. *l. 1. §. eadem autem lingua, de verbo. oblig. P. §. verum, de verbo. oblig. ap. 757.*

¶ **A**ceptationis maxime finis inspicitur, propter quem fit liberatio, sicut acceptat. 75. de sol. & sup. dicitur, quae ex voluntate pendet creditoris & ex consensu, *l. an inuisilis, §. si de accept. P. vnde*

iuris gentium dicitur: quamuis ciuilem habeat formam & auctoritatem, seu approbationem a iure ciuili, *l. penult. de solut. in P. cum* & stipulationem habeat, quæ iuris ciuilis est. *§. de constituta, de actio.*

12 ¶ Recepta itaque stipulationes acceptilationum ob fauorem liberationum, quem amplectuntur Iurisconsulti. *l. Arrianius, de actio.* liberalemque animam creditoris remittentis suum ius, quem etiam retractare, aut reuocare non patiuntur, vt in donatione apparet. *l. si quis argentum, §. si autem, de donat. C. l. velles, necne de reuocat. donat. C. cap. 1. de don. ap. Grego. 1.* Et tertio, ob liberationem debitori concessam eadem stipulatione, obligatum ad aliquod faciendum vel dandum, compellere possumus. Quandoquidem duo sunt fines præcipui acceptilationis: vnus, vt donationis causa debitum remittamus, postquam omnis agendi via perimitur alius, vt dum ob aliam causam liberamus, ad aliud adstringamus: veluti vt nomen quis Titii debitoris delegaret. *l. 2. C. de acceptilati.*

13 ¶ Quo casu qui fidem contractus non implet, incerti præscriptis verbis actione tenetur: neque enim officio iudicis vetus obligatio restantur, sed promissa præstabitur, vt condemnatio sequatur, vt respondit Papinianus, *in l. ob sam. 9. de præscrip. verb. in P. lib. 19. tit. 5.* vel, vt ait Vlpianus, si conuenierit, dum quis accepto tulit, vt debitor expromissorem daret, nec ille det, condici potest ei, qui accepto sit liberatus. *l. 4. de condictione causæ, dat. libr. 12. P. tit. 4.* Hic tamen obseruandum est, obligationem ita demum peremptam esse acceptilatione, vt ex ea agi non possit, nec restitatur, quando cum eo facta est, qui ex nulla causa restitui potest in integrum, non alias, *l. si. C. de acceptil. gloss. in d. l. si. per l. sub prætextu instrumenti, §. si. de transact. C. veluti si restitui possit ob artem, dolum, metum, quibus inductus fuerit ad accepto ferendum. l. actione. C. de transact.* Alio enim modo agitur hic, & alio si recte constituta acceptilatione non seruat fidem. *vt supra c. super.*

De Nouationibus, Delegationibus, & Cessionibus actionum. Cap. 20.

Quib. mod. toll. oblig. lib. 3. Instit. in fi. Lib. 46. P. tit. 2. Lib. 3. C. tit. 42.

- 1 Nouatione tollitur obligatio. Nouatio quid. eod.
- 2 Nouatio diuisa in nouationem, & delegationem. In voluntariam, & necessariam, eod. Delegatio fit aut per litis contestationem, aut per stipulationem. eod.
- 3 Delegatio debitoris quid, & quomodo fiat.
- 4 Nouationis materia quæ. Et quomodo nouentur res, tempus, persone: conditiones obligationum. eod.
- 5 Nouare quæ persone possunt.
- 6 Delegatio quomodo efficax, & quomodo differat a nominis venditione. Cessio debiti quomodo fiat, & differat a delegatione. eod.
- 7 Cessiones debiti quæ prohibita, & permixta.
- 8 Litigiosa res sit per citationem.
- 9 Cessio debiti in procuratorem a cliente suo, vel in scholasticum num valeat. Cessio permixta debiti quales exigit personas eod.
- 10 Cessio debiti permixta debet esse totius debiti, non partia.
- 11 Litigiosa res cessio scholastico quomodo fiat.
- 12 Litigiosa res in Gallia literis cancellariæ remittitur. Litigiosa res in Gallia libere alienatur, & nobis exceptis casibus. eod.
- 13 Nouationis faciende formula ex præscripto, veteri, & nouo iure.
- 14 Nouatio voluntaria vt plurimumque fit per stipulationem, & per alia.
- 15 Delegatio quomodo fieri possit.
- 16 Nouatio contrarium quid operetur.
- 17 Debitor debitoris quando potest a creditore conueniri.

18 ¶ Reterea nouatione, inquit Iustinianus, tollitur obligatio, *l. actione. Cod. de transact.* nam noua fit: vnde nouatio dicta tantum, si quid in posteriore stipulatione noui fit, *§. præterea, quib. mod. toll. oblig. l. Paulus, 30. de nouat. P.* id est, cum ex præcedente

caussa, ita noua constituitur, vt ait Vlpianus, vt prior perimat. Nouatio enim a nouo nomine accipit, & a noua obligatione. *dict. §. præterea, versio. sed si eadem persona.* Nouatio itaque, est prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfusio, atque translatio. *l. 1. de nouat. in P.*

¶ Nouatio in nouationem & delegationem diducitur, *d. l. 1. de nouat. in P.* Nouatio rursum, in voluntariam & necessariam, delegatio, nouatio dicitur. *in l. 2. Cod. de nouat.* Delegatio iterum, in eam quæ fit per stipulationem, & eam, quæ per litis contestationem. *tex. in l. aliam, 29. & gloss. l. 1. in verbo, nouatio, de nouat. P. Azo in Summa tit. de nouat. num. 7. explicat diuisionem gloss. in l. 1. in verbo possit. Cod. de iudici.* Nouatio, est proprie ex prioris obligatione dici, vel conditionis, vel fideiussionis, remanente eadem persona debitoris, in aliam obligationem nouam transfusio, vel translatio. Voluntaria est, quando ex consensu contrahentium fit. Necessaria, quando per litis contestationem, inter eadem personas, sine interuentu alterius, nouatio fit.

¶ Delegatio in mutatione & nouatione personæ debitoris, & creditoris. Delegare, inquit Vlpianus, est, vice sua alium dare reum creditori, vel cui creditor iusserit. *l. delegare, 11. de nouat. P.* Qui enim debitorem suum delegat, pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur. *l. delegare, 11. de nouat. d. §. præterea, quibus mod. toll. obligat.* Et ita delegans alium debitorem, liberatur, non minus, quam solutione facta vt in eum non possit dirigi actio, sed in delegatum. *Julian. in l. qui debitor, 19. de fideiussor. in P. l. moris causa capitur, 8. §. 1. de mortis causæ donatio. libr. 39. P. tit. 16. l. 2. Cod. de condit. indeb. leg. quamuis, §. plane si mulier, ad senat. Velleian.* Et si fideiussor sit, qui delegauerit, statim, perinde ac si soluisset, aduersus debitorem, pro quo mandante fideiussor, mandata actionem habet: quamuis delegatus soluendo non sit. *l. 2. Cod. de nouatio.* Sibi enim creditor, qui delegatum acceptauit, & eo contentus fuit, imputare debet. *d. l. quod debitorum.* In hac delegatione seu cessione actionum, duobus modis firmatur: nouatio, per stipulationem, & contestationem litis, *leg. 3. de fideiussor in P. l. inter causas. §. abesse, mandat. in P.* vt dixi: inter quæ plurimum interest. Nam stipulatione nouatione facta, vt pote ex voluntate contrahentium, perit actionis priuilegium præcedens: non autem dum fit per litis contestationem. *Paulus in l. aliam causam, 29. de noua. P. l. non solet, de regu. iur. l. lite, de vser. P.* Dicemus autem hit de nouatione per alium facta modum, quam per litis contestationem, de qua in sequenti capite Deo fauente. Igitur qui credit actiones suas, vel delegat debitorem suum creditori, prius debet iure nouationis delegatione facta, liberari stipulatione. Quamuis enim, inquit Gordianus, creditor tuo aduersuseum solutionis causa mandaueris actiones: tamen antequam lis contestetur, vel aliquid ex debito accipiat, vel debitori tuo denuntiauerit, exigere debitore tuo debitam quantitatem non poteris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere, *Gordian. l. 2. & 3. de nouat. C.* quia remanet adhuc actio penes mandantem seu delegantem, *l. si cum venditor, in princ. de emet. in P.* neque enim in corporalia, qualia iura sunt, facile a domino separantur: vel non tam facile, ac corporalia. *leg. si pater, manda. P. l. quis ergo, & l. si Stichus, de pecul. in P. l. 3. §. pro Soc. in P.*

¶ Materia, de qua nouatio & transfusio fit, siue res nouationis sunt, obligationes omnes præcedentes, quocumque modo contractæ fuerint, vel re, vel verbis, vel literis, vel consensu, *l. 2. de nouatio. P.* vel ciuiles vel naturales. *l. 1. de nouatio. P.* In quibus innouantur res, tempus, persone, conditiones seu qualitates negotiorum. Res, veluti si fundum Cornelianum stipulatus, postea nouandi animo stipuler altimationem eius, alioquin, si non faciam nouandi animo, duæ essent stipulationes, & vtrumque deberetur. *l. fundum Cornelianum, 28. de noua.* Fit nouatio legatorum & fideicommissorum rectorum. *l. si Stichum, 8. de noua. P.* Nouatur & futura stipulatio, & obligatio, *d. l. si Stichum, §. si quis ira, & vna nouatione plures. l. si. §. si. eod. de noua. P.* Nouatio temporis, vt si dies obligationi adiciatur, vel detrahatur. *§. sed si eadem persona. quib. mod. toll. oblig.* At conditionis si priori pure adiciatur conditio. *d. §. sed si eadem, dummodo ea adueniat, & antequam res interierit, l. quos, 14. & l. e. nouatio, 24. de nouat. l. si rem aliquam 31. eod. tit. P. §. quod autem diximus, quibus mod. toll. oblig.* vel si detrahatur. *d. §. sed si eadem.* In diem autem obligatio ex pura potest nouari, priuquam dies uenerit, sed statim ex ea stipulatione agi non potest, priuquam dies uenerit. *Vlpian. l. in diem, 5. de noua. P.*

At fi

At si in diem existens in puram nouetur, statim agi poterit, gl. in d. l. in diem arguendo. l. 3. §. si de constit. pecunia. Et probant l. si sty-

6 De f. perionis, quæ nouare possunt, Paulus generaliter respondit, Cui recte soluitur, is etiam nouare potest: excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim. Nam Titius recte nouare non potest, etsi ei recte soluitur. Paul. in l. cur recte, l. o. de nouat. o. Nouant qui iuris sunt, aut per se, aut per alios, qui voluntate eorum stipulantur, nouare, 20. de noua. in P. si nouationem abente se cum debitor suo factam, postea ratam quis habeat, l. si quis abente me, l. 2. de nouat. Porro admittere nouandi potestas, in qui in soluta potestate sunt: quamuis quod ab illis creditum est, recte eis soluat, Celsus in non ideo, 25. de nouat. P. Nisi peculiari administrationem habeant, ipsique crediderint, & in meliorem causam novent l. si de noua in P. l. si uis de pact. P. leg. hinc de iur. iur. in P. Alioquin nec seruus peculiarem obligationem citra domini uoluntatem nouare potest, Florentinus in l. seruus, 16. de nouat. Nec filius patris actionem, ignorante eo, l. filius, 23. de nouat. nec sumam, vel peculiari peiore faciendo, l. si hoc proculdubio, de bon. que liber. C. lat. prator, §. est enim ab herede, de iure delib. an. l. nec filius, C. de reb. cred. Et seruus creditoris meliorem quidem causam domini facere potest, in deterius autem reformare nouo pacto non potest obligationem recte constitutam l. 3. C. de pact. si debitor eo in P. l. seruus tuus legatus, §. 1. de leg. 1. Pupillus sine tutoris auctoritate non potest nouare, l. nouare, 20. §. 1. Et l. stipulatus, 9. de noua. l. pupillo, de solu. in P. nisi meliorem suam faciat conditionem, gl. in d. §. 1. non nouare, argu. l. cur boni de noua. P. tutor eius potest, si pupillo expediat, dicit §. 1. nouare. Item procurator omnium bonorum dicit §. 1. nouare, uidelicet cum libera administratione concessa, non alter, l. procurator cur. de procurator. in P. Et procurator tutorum eod. P. non abstrahit, C. de noua. Cui bonis in iudicium est, quoque nouare obligationem suam non potest: nisi meliorem conditionem suam fecerit, l. 3. de nouat. P. Meliorem porro intelligimus conditionem factam, si deterior facta non sit. l. in pupillo, de solu. P. l. si uis de verb. oblig. Agnatus furiosus, & prodigi curator, ius nouandi habet, si hoc iurioso, vel prodigo expediat, l. in §. agnatum, de nouat. P. Vnus ex duobus reis debendi, potest in preiudicium alterius nouare, delegare, & nomen debitoris, edere, l. si rem aliquam, 31. §. si duo, de nouat. Nouationem debiti recte quis pro alio facit si ea illum quamuis iniuriam liberet: non autem non nouatione ius alteri ad mere potest, l. stychem, §. si de noua. §. Delegatio per nouationem non fit, nisi demum consentiente debitor per stipulationem, l. 1. de noua. C. quia delegatio per nouationem fit & peratur: nouatio autem per stipulationem. Stipulatio demum a uolente tantum, & presente contrahitur, l. 1. de verb. obl. nouat gl. in l. 3. C. de here. vel act. vend. At nominis uenditio aut cessio, etiam ignorante eo, aduersus quem actiones mandantur contrahi solent, l. 1. C. de nouat. quia noua obligatione hic non implicatur debitor, sed tantummodo ueteris obligationis solutionem & exactionem creditor alteri mandat, l. 3. C. de nouat. Quod inuito etiam debitor fieri potest, d. l. in fin. C. de nouat. l. nominis, 3. de hered. vel action. vend. l. b. 4. C. in 29. l. nominis, 2. in eod. tit. P. l. 2. C. de donat. Iique qui actionem redemerit siue sit personalis siue realis, suo nomine exerceat eam potest, l. si. C. de hered. vel actio. ven. in. & eodem iure, ac qui cessit vitur, demus priuilegiis personalibus, quæ a persona cedentis non transferuntur in cessionarium, ut si pupillus uendat nomina, quia priuilegium persone, non causæ datur, l. si Titius, 33. de nouat. l. ex pleribus, de adm. iur. l. quia iure solu. mai. in P. Cessionem porro dicimus ne essetiam in translatione iurium, aliorumque, in corporalium, perinde ac traditionem in translatione corporalium, l. in quando sol. vel priu. debitor. Et l. 4. C. in 15. Transfuntque post uendit. nem cessione facta leg. time, & mandatis actionibus in. effianationi pro. esso. actiones directæ & utiles. Nam priuilegia sunt mandata, uti uis l. si. C. de hered. actio. l. in quando ius vel priuilegius debiti debitoris sui exig. pot. C. l. emor hereditatis, C. de hered. vel act. ve. leg. in. C. mand. tan-

tum uendendum est. Ceterum annotandum est cessiones non omnes legitimas, uel permissas, sed alias improbas, alias fictas, alias legitimas. Improbæ cessiones censentur illæ, quæ vexandi aduersarii seu de bitoris causâ sunt, quales quæ in potentes fiunt: cuius facti creditores rei, debiti iactura puniuntur. Quia aperta credentium uideretur voracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores, l. 2. ne licent potentior. parocintam liganibus praestare, uel actiones in se transferre, libr. 2. C. in 14. Guida. Papianus singula 834. uidetur enim per hanc cessionem qui duriores aduersarium in sui locum subrogauit, mutasse quodammodo substantiam obligationis: eo quod is, uel priuilegio, uel potentia superior sit futurus l. 1. 2. 3. de alien. iudic. muta. cau. fac. lib. 4. C. in 7. quia potentioribus pares esse non possumus, d. l. 3. de alien. iud. Et c. l. 1. §. ne liceat potentior. P. Exitar regia constitutio Caroli, in conf. C. in 5. art. 4. quæ cessiones actionum generaliter inhihent fieri, pœna prædicta in officarios regis, uel reginæ, aut in alia: perionas priuilegiatas, ratione scholaritatis, uel alterius priuilegii homines. Idipsum repetitum constitutione Ludouici 12. in priuilegiis, in conf. i. Ludouici 12. de priuilegiis schola. art. 3. scholariorum, ne ipsi cessiones fiant actionum, præterquam a fratribus, parte uel amicum: in quibus personis potius sit amicitia, quam aduersarii vexandi præsumtio. Eaque de causa iubet eos, quibus creditur, iurare priusquam experiantur eandem cessionem esse ueram realem, sine fictione, ut ex integro & omnino conuertatur in utilitatem scholaristici. Quæ uerba ex fontibus iuris ciuilibus deprompta sunt. Quia eo etiam reprobata ficta cessio uel uenditio actione, & ea tantum approbatur quæ sine simulatione facta est, ex mera liberalitate uel iusto pretio, aliis reiectis, l. penul. Et si manda. libr. 4. C. in 35. quia hæc duo, uel iustum pretium necessitatem cessionis, & liberalitas animum gratum, non vexandi arguunt. Nec tenetur edicto de alienatione iudicii mutandi causa facta, qui ex iusta causa, puta ob ualitudinem, aratem, aut occupationes necessarias litem in alium transferat, l. non solam, §. 1. de alien. iudic. muta. c. fact. P. P. obiberur autem cessio actionum & nominum in superioribus iuribus & constitutionibus regis, etiam rerum, quæ litem non patiantur, si nobiles: non autem rerum immobilium, ut iudicatum a curia Parisiensi in causa Senetonis Triumuirii, seu procuratoris regii in Abbatilla anno millesimo quingentesimo trigésimo tertio, 18. Februarii, quippe quod permittatur in immobilibus, Et ita in tellenda leges penul. Et si manda. C. si litigiosa res non sit iuxta edictum, de alien. nul. mutata causa facta, Et c. quia res, l. 1. q. 1. in. C. de litig. glo. in c. si de re iudic. Et fieri litigiosas declaratum quoque est placito Senatus Parisiensis anno domini millesimo quingentesimo uigésimo secundo, die uero decima octaua mensis Martii, Papin. libr. 12. Rhap. Arrest. titu. 1. aresto 2. Et 3. per solam citationem uel uocationem in ius, Clement. 1. ut lit. non contestat. ut facit l. 2. C. de litigio. §. Sed maxime improbat cessio litigiosa rei, si fiat procuratori suo per clientem, l. iurem, C. de procura. Cuiusmodi cessio nulla dicta olim fuit placito eiusdem Curie Parisiensis die quarta Decembris millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, alia ratione etiam, quam prohibeantur alia aliis factæ cessiones, quæ erant, ne fieret mutatio iudicii: unde tanti condemnatione plectuntur, quanti nostra interest non fuisse duriores aduersarium subrogatum: nempe quod procurator, qui officium gratuitum exhibere debet, contra bonos mores litem redemisse dicatur, l. 1. Et 2. Et 3. ex quibus de alienat. iudic. muta. cau. fact. P. & pœna dignus sit, dicit l. iurem. C. de procur. l. si contrahitum, C. manda. quemadmodum & aduocatus ex eadem causa l. si remunerandi, §. Maurus, manda. in P. l. si qui, C. de postula. Et ita cum sine dolo malo non possint isti litem redimere, recte in idunt in hoc edictum, De alienatione iudiciorum mutata causa facta, quod & sine dolo alienatione facta, uel iudicio non mutato, l. 4. §. in. de alien. iud. mut. cau. fact. in P. uel parato alienante de defensionem nihil minus subire, in l. 3. §. in. eod. de ali. in. Et c. excusat a pœna. In scholasticos porro cessio de re non litigiosa ante litem permittitur, etsi illa ad iudicii mutationem propter priuilegium studii inducat, affectionis causa, in filiis fratre, nepotes scholasticos tantum facta: nam in alios alterius priuilegii quam scholasticos eius gradus etiam, non permittitur, ut iudicatum fuit Panlus in Senatu, die septima Ianuarii, millesimo quingentesimo, trigésimo octauo, Pa. o. ubi sep. aresto 7. Et Rebuff. qui la. inus expl. cat. tom. 2. Ordin. regu. tit. des cessions Et transport.

Non enim censuerunt Patres priuilegiare constitutionis, extra qualitatem personarum inferam, pro roganda, iux-

ta iuris praescripta, l. cum praeor, de iudi. l. Paulus, de reg. iur. c. que-
re iam, de electio. Neque etiam cessio haec quae est permissa in pre-
dictas personas gradibus certis coniunctas, in alias vltioris gra-
dus, vel alterius proximitatis porrigitur. Nec valet cessio actio-
nis huiusmodi facta a patre iustitico, seu baptismatis vel confir-
mationis filio spirituali, *Gul. Benedi. in verbo, & uxorem nomin.*
num. 761. cap. Raynuitius, de testam. Non in arrogante vel adoptan-
te, *cod. Bened. num. 740.* non in vxore auun. uli. fratris patris ces-
sio valebit, *Rebuff. in ordina. regis, tom. 2. tit. cessions & transpori,*
non in vitrico, l. i. *C. de in iur. vocan.*

¶ Ratione tamen extensionis approbata a iure ob
communem appellationem, retenta qualitate scholastici, in quem
fit cessio: illa eadem recipietur in sorore, vt cedat fratri f. holasti-
co: quia fratris appellatione ipsa continetur, *l. i. res fratres, de trans-
la. in P.* in facta ab amita, nepotia matre, filio, *Traq. in repet. l. si
vnuquam, in verb. lib. de renou. do. C.* In filio quoque naturali ratio-
ne studii, vt placuit Senatu, *Arnal. Contadis, in tracta. bonor. posse.
in bonor. posse. vnde liberi. Rebuff. vbi sup.* Idipsum fit in fratribus
spiritibus, nisi adulterini vel incestuosi sint, vel ex alio peiori con-
cubitu, vt placuit etiam curiae Parisiensis die decimanona men-
sis Maii, 1545. *Pap. o. vbi supra, arest. 9.* ¶ Ceterum tamen in istis quo-
que personis, in quas constitutio Ludouici artic. 3. fieri permit-
tit cessionem, oportet totius summae actionis cessionem fieri,
non partem tantum, vt dictum est a Senatu Parisiensi 1543. 12. Fe-
bruarii. Quia eiusdem debiti fieret controuersia coram duobus
iudicibus, & distraheretur iudicium contra iuris regulas, l. nulli,
C. de iudic. ca. ex tenore, de rescri. ap. Gregor. ca. dispensa. eo. tit. in sex.
coram videlicet iudice scholasticorum, & coram iudice alio ordi-
nario. In hac quoque causa, exceptio aduersario permissa est,
si dicat cessionem simulatam fuisse, & tantum nomen cessiona-
rii cedendi subseruire, cum nihil reueta cessum sit, quam si eli-
dere velit cessionarius. in contrarium iurare cogetur, aliter lis
reicietur ad iudicem alium quam cessionarij priuilegiati, vt de-
cretum placuit curiae Parisiensis in comitis Molinienium 3. O-

ctobris 1550. *Pap. o. vbi supra, arest. 8.* ¶ Ceterum tamen rem litigio-
sam in scholasticum transferri non potest, duo singularia, quae in
eandem personam vix concurrunt, *l. singularia, si. de reb. cred. in P.*
iubent. Primum edictum de non alienando iudicii mutandi
causa: vnde contrahitur pena eius quod interest, vt dictum est
de alie. iud. mut. caus. fact. in fi. Et C. l. b. 2. in. 55. Aliud, quod viti-
um litigij est; quo qui rem litigiosam scienter emit vel accipit,
priuatur pretio, quod si. o. aducitur: & quis alienat, punitur in
simul. At si quis ignoranter emit, pretium recipit, & vltra
tertiam partem pretij fraudulose vendente, *l. fin. de litigios. lib.*
12. C. in 30. ¶ Quamobrem tamen oportet in hoc capite scholasticum,
cui cessio rei litigiosae fieri possit ex iure Gallico, contentum esse
foro cedentis, & ibi litigare, impetratis codicillis ab officina
aquitatis subrogationis in locum cedentis, quibus vitium litigij
in Gallia remittitur, & ita pronuntiatum tenatusconsulto Parisi-
ensi 13. Octobris 1551. refert *Pap. o. lib. 12. Rbapsidi. arest. in 2. are-
st. 17.* In Gallia namque placuit, quod obseruandum est, res litigi-
osas libere alienari, & edi. posse exceptis duobus casibus: pri-
mus, quando id fit, vt tradatur causa in forum priuilegiatum:
alius, si cessio fiat in potentiorum. Et ita statuit curia Parisiensis
anno 1548. *l. ap. de. lib. 12. in. 2. arest. 1.* Notandum tamen in
omnibus cessionibus permissis, eadem exceptiones, quae com-
petebant contra cedentem, competere contra cessionarium,
*Anchara. cor. tit. 244. in. 1. quia quastio. eo. in. 2. Hyspely. de Mar. si.
sing. 335. incip. coram.* In forma & modo contrahendi & faciendi
nouationem, consideremus nunciata, secundum quae fieri de-
beat, & voluntatem contrahentium, cuius causa dicitur fieri:
distingnamus ita iuranti quissima Pandectarum & noua. Ante
tempora Pandectarum, si per stipulationem simplicem addeba-
tur, vel detrahebat prior obligationi, interuentu cuiuslibet
nouae personae, praesumebatur facta nouatio, *memini istius iuris,
l. si. C. de noua. §. praeterea, & ibi gl. quibus mod. toll. obli.* Secundum
ea quae iure Pandectarum obtinuerunt, si de praetoris stipulati-
onibus questio esset, an illis ageretur, vt fieret nouatio, recte fie-
ri placuit ipso iure nouationem: at si non expressum illud, ipso
iure quidem non fiebat sed ope exceptionis, *l. Valerianus de praetor.
sentent.* In conuentionalibus porro stipulationibus eodē iure Pan-
dectarū, si secunda stipulatio contineret plus quam prima praesumebatur
nouatio *l. qui vsum fructum, de verb. oblig. l. si. vultus, §.
qui ante de noua. P.* contra si minus secunda, quae prima haberet,
non enim praesumebatur, *l. qui vsum fructum, & §. qui ante. vide-*

licet si contineret minus re, non si minus tempore: nam eo casu
praesumebatur nouatio, non tamen ipso iure, sed ope exceptio-
nis, *l. cum stipulatus sim mihi, & ibi Barto. de verb. oblig. P.* Quod si
stipulatio tantundem, quantum prima continebat, & interue-
nisset noua persona, praesumebatur nouatio nisi expresse con-
uenientum esset, vt essent duo rei, *l. 3. de duob. reis. P.* si vero non in-
terueniret noua persona, nequaquam praesumebatur nouatio,
sed alia stipulatio & obligatio, remanente quoque prima, *l. si
debemus, de verbo. significa.* Quomodo modum si secunda stipula-
tio, nec plus nec minus, quam prior contineret: nisi nominatum
de nouatione & peremptione prioris fuisset cautum, in *l. fundum
Cernelianum, de noua. in P.* iure nouo statuit Iustinianus volun-
tate solum, non lege nouandum, quae si non verbis exprimitur,
sine nouatione causa procedat: etiam si noua persona accedat,
vel in tempore, vel conditione detrahat, in *l. in a. de noua. P.* Et
ita si nihil actum in secunda stipulatione vel conuentione de
nouatione prioris, remanet efficax vtraque obligatio: nisi actum
tacite de prioris nouatione in secunda videatur: nam tunc ma-
net quidem prior ipso iure, sed per exceptionem merito tolli-
tur, videlicet in quibus olim diximus tacite praesumptam nouati-
onem, vt si tempus mutetur prioris *gl. si. in d. l. de noua. l. 2. de
uat. P. l. pen. de p. etor. stip. P.* Dum modo sit prioris debitor, & secun-
da conuentionio. Nam si aliud debitum in obligationem deducatur,
nouatio non erit sed separata obligatio, *l. si. in. for. tem, l. 6. §. si
certum, de condit. iun. in a. b. i. nisi aliter actum sit inter contra-*

hentes.
¶ Nouatio tamen voluntaria vt plerumque fit per stipulationem, 14
per quam decedit aliquid, non autem accedit obligationi. *l. si
Sty. lum, §. si. l. aliam, 29. l. Paulus respondit, 30. de noua. P.* Paulus
Castrensis *num. 5.* & aliam *l. i. C. de iud.* tradunt & nouationem
fieri posse alio modo & per alium contractum, quam per stipu-
lationem, & citra illam, si modo hoc addatur expresse, *notatur in
l. si. mandato meo, §. 1. manda. P.* aliter, si non agatur expresse, mini-
me tacite fieri nouationem, quamquam interueniat noua per-
sona, *l. item illa, §. si. de constitut. pec. in P.* Quo nomine nouatio il-
la, ab ea quae per stipulationem fiebat, differt in qua, vt diximus,
& nouatio interdum tacite fieri prioris obligationis censetur,
l. 2. de noua. l. qui vsum fructum, de verb. oblig. Notant & glo. Alex-
ander & Ialon, in *l. i. C. de iud.* per litem contestationem etiam,
voluntariam nouationem fieri quando videlicet volens debito-
rem meum liberare, litem contestatur contra alium: vt necessaria
illa fit, quae litem contestatione fit contra debitorem meum mihi
soluere nolentem, ita lite compulsam. ¶ Ceterum, tamen quia in de-
legatione debiti, mandatum est, *l. si quis a delegauerit, 12. de noua. P.*
delegare quis poterit scriptura & nuda, vbi fieri non potest sumum
debitorem, *l. de egare, 17. de noua. P.* & aliis modis, quibus consen-
sus exprimi potest: quia mandati contra eius, consensu perficitur,
leg. 1. manda. in P. ¶ Conuenit tamen nouatio propter plura in contra-
bus obseruallē, num nouatio facta fuerit obligationis. Primum,
quia nouatione facta obligationis prioris, illa perimitur, vt su-
pra diximus, *ex l. 1. de noua. P. l. aliam, 29. cod. l. 2. C. cod.* Deinde nou-
atione legitime facta, voluntaria videlicet, & hypotheca libe-
rantur & pignus, & vltra non currunt, *l. Paul. in nouatione, 18. de noua.
P.* nisi contrarium caueatur & excipiatur, *l. omni. etiam ob chiro-
graph. pecuniam pign. regim. poss. lib. 8. Cod. tit. 27. l. nouatione. C.
de pign. iustor.* In necessaria autem durante hypotheca, pignora &
vltura, *l. aliam, §. l. em. 17. de noua. l. i. Cod. de iudic.* Hinc fit, vt
res per nouationem ab obligatione semel liberata, rursum a
posteriore debitore sine consensu nouo prioris obligari pos-
sint, *l. Paulus respondit, 30. de noua. l. item quae iuritur, §. final. locat. P.*
Quia actio semel extincta, non reuincitur, *l. qui res, §. aream, de fru-
ct. cum sim. l.* Nec amplius potest dirigi actio, aduersus debito-
rem, qui suum debitorem creditori delegauit, sed aduersus de-
legatum nouatione facta, *l. 2. C. de noua. l. in re. 32. cod. P.*

¶ Notandum tamen in delegatione, delegatum a debitore 17
frustra conueniri a creditore, nisi ille delegatus constituerit se
soluturum nomine suo: & ita nouauerit: quia creditor debito-
rem debitoris sui conuenire non potest, sine consensu eius de-
bitoris, qui debitori debet, *l. si solueret, 8. Cod. de nouation.* Nisi in
obligatione prima creditori obligauerit omnia bona, aut sal-
tem illud nomen, *l. si conuenierit, de pign. actio, de grege, §. 2. de pignor.
vel in litem causa iudicati, pignoriibus, & bonis debitoris
principalis solutioni non sufficientibus, perueniendum sit ad
nomina eius ordine seruato, l. a Divo Pio, §. 1. de re iudic. l. 1. 2.
quando sic. vel prius, debitor debitor. su. conuenit. poss. Codic. 4.*
fiat

facit nouatio vt si creditor stipulatus fuerit a te pœnam. si ad diem promissam pecunia soluta non fuerit, nouatione facta non committatur stipulatio, l. si creditor, 15. de nouatio. in P. 5. Si in mora promissor esset quo minus daret, & tutum creditor stipuletur, definit nouatione periculum ad promissor in pertinere, quasi mora purgata, l. si Stichum, 8. §. L. quoniam, 4. §. vnde Marcellus, l. si rem aliquam, 31. de noua. P. dummodo tempore nouationis res superesset: quia ceterum tunc oblatio facta. & per eam mora purgata. Marcia l. qui decem, 7. 2. §. si cum mihi, §. seq. de solutio. in P. Imo & de mortuo, post moram nouatio, si actum ita fit, fieri potest, l. si feruum, 91. §. final. de verborum obligat. libr. 4. 5. P. tit. 11.

De Nouatione per Litis contestationem facta. Cap. 21.

- 1 Nouatio litis contestatione quomodo fiat.
2 Actiones plures quando se mutuo impediunt, & tolluntur contestatione.

Nouatio que fit per litem contestatam, le. delegare, 11. de nouat. in P. potest esse voluntaria, & necessaria, vt supra nominamus, ex gl. fin. l. 1. de iud. C. Nouat: itaq; vel tollitur hoc modo obligatio vel actio, si res semel in iudicium deducta sit, & vel cum alio actum est vel ab alio, l. solutio, 23. de solut. in P. si pro parte, de rem. vers. vel alia actione, quam ex prior obligatione. Interdum tamen pluribus actionibus etiam simul experiri receptum est, vt si ex vno delicto plures nascantur, in quantum vna alia plus continet. Hermog. in l. cum ex vno, 31. de actio. & oblig. P. nisi lex vna tantum vt iubeat, l. quoties sex, 40. de actio. Ita nunquam in penalibus actionibus, de eadem pecunia concurrentibus, alia aliam consumit, l. inquam, 59. de act. P. Nisi in exactione: quia tunc in quantum exigi potest per secundam actionem, ex eodem facto post primam, in tantum dabitur, l. 1. vi bonorum rapti. P. l. qui seruum, & dicta l. cum ex vno, de actio. Et si plura delicta in vna re concurrant, & cum illa plures concurrant actiones, sed vna tantum vtendum est, l. plura delicta, 52. de act. Cum autem ob diuersa negotia diuersi vtuntur actionibus, litis contestatio vnius alteram non tollit, leg. fundum Cornelianum, §. 1. de noua. P. nec impediunt se in exactione vel peritione, l. inquam, de priuat. delict. Quando etiam ciuilibus & riminalis pro re familiari competunt, vna post aliam intentari potest, l. 1. quando civil. act. criminal. pra. ud. l. 9. C. tit. 3. Sic electio hypothecaria actione, aduersus debitorem, pignore non sufficiente ad solutionem integri debiti, potest redire creditor ad personalem, vt rel. quam consequatur, l. aduersus 10. de actio. l. 4. C. tit. 10. l. creditor qui non rationem, de r. credi. in P. l. si pro mutua, C. si cert. per. l. si de iure domi imper. an. leg. quod si ius de distract. pig. P. cum sim. In his itaq; in quibus variatio est actio quam permittit, electio vnius, ad aliam redire, post contestationem, iure regulari non impedit: ac in quibus electio facienda de ex pluribus, litis contestatio in vna aliam excludit, tollit & nouat necessario. Si creditor hereditatis, qui obligationem paratam que habet actionem contra heredes testatoris, qui vendiderint hereditatem, experitur contra emtorem hereditatis, & illi defenderint, tacite facta nouatio videtur, nec agere potest contra heredes, leg. 2. C. de pall. re. l. solutione, 23. de solut. P. veluti cum alius pro re iudicium suscepit, l. si ut certo, §. si ad nos, & l. alterutro us comma, lib. 13. P. tit. 16. Quemadmodum etiam cum duo aduersum eum experiri possunt pro vna re, duobus simul commodata: si enim commodatarius duo rei debendi sunt, & si alter conuentus praestiterit, liberabit alterum: atque ambobus quidem competit furti actio, sed altero agente, alterius actio contra furem tollitur, l. si quis furti, ultimus, 112. de verb. oblig. Item si quis stipulatus fuerit alternatiue, aut Titium, aut Sempronium, quem voluerim: petio vno, ad alterum actio praestabitur.

De Compensationibus. Cap. 22.

Lib. 16. P. tit. 2. Lib. 4. C. tit. 31.

- 1 Compensatio tollit actionem.
2 Compensatio quid.
Diusio, eod.
3 Et 2. Compensari qua res possunt.
4 Et qua non.
5 Compensatio non fit cum inuito speciei & pecunia.
6 Quando obici potest reipublica.
7 Compensatio non obicitur a de, officario creditori: iniuste passif-

fore damnato ex re iudicata: alternatiua promissionis creditore: in criminibus publicis, eod.

- 8 Compensatio quibus, & a quibus obicitur.
9 Compensationis faciende forma.
10 Compensatio vbi, & quando opponi potest.
Compensatio in Gallia in iudicio non opponitur sine literis regis, eod.
11 Compensationes quare inueniuntur.

Quemadmodum tamen superioribus exceptionibus, sic & compensatione vnusquisque creditorem suum, eundemque debitorem petentem submouet, si paratus est creditori compensare, l. 2. de compensat. in P. Compensatio tamen aequalitatis, vel aequalis ponderis retributio, quoniam: & vt cum Modestino loquar, est debiti & crediti inter se contributio, l. 1. de compensat. Ideoque propter illam aequalitatem dicitur solutio, l. vel permutatio, de liberal. caus. l. si debitor, qui petitor in pignor. hab. Lamprui, & tit. rat. hab. P. duplex, naturalis & ciuilis, pro eo quod debetur naturaliter, l. etiam 7. de compens. P. vel ciuilitur, vel vtroque iure competens. Item alia est, qua fit ipso iure, ad impediendum cursum vsurarum: vt si debeat centum aureos cum vsuris, tu mihi quinquaginta sine fenore, vsque ad concurrentem summam fit compensatio, l. cum alter alteri, 11. §. l. idem curvis, 1. de compensat. P. l. si constat, 4. §. l. etiam si, C. eod. tit. l. §. in alia, §. in bona fide, & §. pen. de actio. Vel quando compensatur negligentia cum negligentia, qua habet par damnum, l. si a l. si ambo, 10. de compens. P. vt & in delictis priuatis, qua compensatione pari modo iure ipso tolluntur, l. viro & vxore, solu. mar. P. C. 19. in Summa, de compensat. l. si duo, de dolo. Alia est, qua non fit, nisi opponatur, §. Res tamen, qua veniunt in compensationem, erunt qua ex quacunque ciuili vel naturali obligatione debentur ex contractu, vel ex maleficio, vel quasi ciuilitur actum fit, l. si ambo, §. 1. de compens. P. vide qua dixi supra in dolo c. 13. ea constitutus, de penis. Naturale tamen & ciuile debitum compensari poterunt, si modo exceptione perimi non possint, l. quacunque, 14. de compensat. P. videlicet si lex exceptionem peremptoriam non tribuat, vt accidit in Macedoniano ienatuseconsulto, in quo ratio naturalis, ne detur occasio delinquendi, & infidiarum in parem, perimit exceptione actionem, l. 1. ad senat. Maced. P. Naturale autem debitum, & compensationem habet quia solutum non reperitur, l. natur. alter, de condit. indeb. l. naturalis, 9. de act. P. l. de iussu §. 1. de fideiuss. P. et si peti non possit, l. siater a fraude, de cond. ind. in P. In summa in compensationem etiam inuito altero veniunt tantum qua debita sunt, d. l. quacunque, & l. neque scriptura, 1. 6. C. eod. tit. aliquo iure nobis, pure, sine conditione, vel dilatione diei, ex obligatione pendente, l. quod in diem, 6. §. si cum militi, 16. §. 1. de compensat. l. quidam vtrinque, l. final. Cod. de compensat. Quae pondere, numero aut mensura mensurari possunt, leg. si constat, 4. Cod. eod. vel in specie generaliter promissa sunt, vt equus, seruus, &c. gl. in l. si, C. de compensat. l. 1. §. item si cum me, si pars heredit. per. l. qui non militabat, de hered. insti. in P. l. vnum ex familia §. sed si vno, de leg. 2. Demuntur tamen a compensatione, 4 primum, vt eius, quod non ei debetur qui conuenitur, sed alii, compensatio fieri non possit, l. eius 9. de compens. C. l. pen. eo. tit. in P. id est creditor compensare non cogitur, quod alii, quam debitori suo debet: quamuis creditor eius pro eo qui conuenitur ob debitum proprium velit compensare, l. in rem, 18. §. 1. §. l. si cum militi, 16. de compens. P. Qui tamen cessum habet debitum, & ita procurator in rem suam fit factus, re de obicit compensationem, d. l. in rem. Item fideiussor si sibi debeatur, vel reo principali, l. si quid, 5. de compens. P. & socius, si debeatur socio, l. si duo, de duob. reis, & filiusfam. conuentus, si debeat creditor patri suo, & ratum habiturum, & aueat patrem, l. si cum filio, 9. §. 1. de co. enfa. P.

2. Non tamen admittitur altero inuito compensatio debiti quantitatis, cum de bito ex altera parte speciei, vel pecuniae loco speciei debitor: contra si voluerit vterque, l. si conuenit, de pigno. actio. P. l. si ex ea pecunia, de rei vmda. l. non fortem, §. si conuenit, de condit. indeb. §. 1. Reipublicae tamen debitorum, eius debitor obicere potest compensationem, si neque ex calendario, neque ex vectigalibus, l. 3. de compensat. C. l. amueris, C. de vectigal. neque ex frumentum vel olei publici pecunia, neque alimentorum, neque eius qui statutus sumtibus seruit, d. l. 3. §. l. 1. C. de compensat. neque fideicommissi ciuitatis debitor quis sit, dicta l. 3. Ob negotium copiat in expeditionis tempore mandatum, curator damnatus pecuniam cum sibi debito non compensat, l. Papius, l. ob negotium, 20. de compensat. P. Item emensa sileo pretium debitorum, cum



sibi debito per fiseum non compensat, quamuis extra fiseum in aliis diuersum verius sit. *l. si ex venditione. 7. C. de compensat.* Neque etiam quod debetur reipublice, compensari a debitore potest cum eo, quod admittit actor, vel curator eius debet debitori nomine proprio. *l. pen. C. de compensat.* § 4. Non habet locum compensatio, nec potest opponi ab eo, qui depositam rem habet debitoris. *l. si. C. de compensat. §. in bonafidei. de act. l. pen. C. de deposit. c. si. de deposit. ap. Greg.* propter maximam bonam fidem, quae deponenti rem reddi iubet. *l. bonafidei. depositi. 1. §. si prad. mibus. eod.* nec depositum cum deposito compensatur. *l. q. qui primum depositum recipiat. gl. in c. si. de deposit.* § 5. Possessionem alienam perperam occupantibus compensatio datur. *l. fin. §. fin. de compensat. C.* Ex causa iudicati, debitum solutum non compensatur. *l. 2. C. de compensat. nisi soluendo.* compensatio desideretur. *l. si cum militi. §. 1. eo. P.* nam post sententiam in executione, dummodo non sit appellatum, obicitur. *late docet Felinus. in cap. subornat. nu. 2. §. 3. de sent. Et re ind.* Et debitum quoque litigiosum in compensationem venire potest, ne diligentior quisque deterioris conditionis videatur, si ei compensatio denegetur. *Cuius l. in compensatione 8. de compensat. P.* Non solet enim deterioris conditio eorum fieri, qui litem contestati sunt, quam si non essent, sed plerumque melior. *l. non solet. 86. de reg. iur. in P.* Nemo enim persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. *l. nemo. 87. de reg. iur. P.* § 7. In alternatiue debitis, ut si debeas decem aut hominem, vtrum aduersarius volet, ita tantum compensatio huius debiti admittitur, si aduersarius palam dixisset, vtrum voluisset. *Scauola l. si debeas. 22. de compensat. P.* § 8. In criminibus publicis non fit compensatio. *l. 2. §. si publico. Et l. si uxor. §. index. ad legem Iuliam de adult. in P.*

8. Quod pertinet ad personas, a quibus, & quibus compensatio fit, vel obicitur, obligationum & actionum causa ex qua fit, satis denotant eorum qualitatem. Obicitur autem in summa, & contra priuatos: & contra fiseum debitores. *l. in priuatis. 12. Et l. si de noua. P. l. 3. C. eo. ut. l. auferretur §. qui compensationem. de iur. iur. §. paucis. de quibus antea. ex. eptis.* item in rem suam procuratori, post litem contestatam. *l. in rem suam. 18. de noua. P.* & fideiussori. *l. verum. 4. l. si quid. 5. eod. tit. P.* & ei, cui datur actio ad repetendum sibi debitum, cui multo magis dabitur ad exclusionem debitoris exceptio. *l. in iura. §. cui damus. de regulis iuris.*

¶ Forma, & secundum quam nunc compensatio fit, est ut fiat, & debiti ad debitum contributo: & ita ex actionis petitione tantum minnatur, quantum simile creditor debet. In reliquum autem, si quid superest, is quo cum actum est, condemnatur. *§. compensationes. de act. omilla doli mali exceptionis formula.* per quam olim compensationes opponerentur, *§. in bonafidei. de actio. l. fin. C. de compensat.* In hac electio fit a fideiussore conueno, ut vel quod sibi, vel quod reo debetur, compenset. *l. si quid de compensat. P.* Item qui compensationem obicit, in quam compensat causam dicit, si ex pluribus debeat. *l. q. Labeo. eod.* Et etiam compensatio cum sua causa: veluti, si Titius petat eam quae pecuniam, quam certo loco promisit in compensationem venire: quod fiet, sed cum sua causa, id est, ut ratio habeatur quanti tua interfuerit, eo loco quo conuenit pecuniam dari, *l. pecuniam. 15. eo.*

¶ Opponi potest compensatio & in iudicio, & extra iudicium, & post iudicium. Et si iudex non admittit propositam compensationem, post sententiam potest opponi. *gl. in c. subornat. 21. in verbo reprobasse. de sentent. Et re ind. ap. Greg. nisi cum expresse in sententia reprobaucit. l. quod in diem. §. 1. de compensat. l. in antem. §. si quocumque modo. de neg. gest. P.* Ex consuetudine tamen Galliae, compensatio non proponitur, nec proposita admittitur, sine codicillis regis impetratis ab officina aequitatis, seu cancellaria, ut decimum arefco Parisiensi 29. Iunii, 1541. *Philipp. Bignon. in legib. abrogatis.* In patria tamen iuris scripti, frustra precibus impetratur, quod iure communi conceditur. *leg. 1. de thesaur. libr. 10. C.* Inuenta sunt autem sunt, & admittuntur compensationes, potissimum ad sopiendos litium circuitus, vtrinque per alios obseruatum, ut in *l. cum fundus. 31. §. 1. de reb. credit. ne fiat per plura. quod fieri potest per pauciora. l. am. l. iorem. §. in resutatoris. C. de appellat. l. nulli. 10. de iudic. l. si. C. de donat.* Deinceps aequissimum est, ut eo iure quis utatur in alium, quod alium erga se uti desiderat. *l. 1. quod quisque iur. in P. c. 1. dist. 1.* Et cum qui alium sibi soluere desiderat, eidem quoque satisfacere. Item dolo malo postulat sibi dari, quod statim reitutus est. *l. dolo. de dolo. in P. c. dolo facit. de reg. iur. in sex cum similib. l. nos.* Et Pompeius, *lateo. inquit in l. 3. de compensat. P. l. si stipul. esse. in si. de iudic. in P. nobis compensatio necessaria est, quia interest nostrum potius non soluere, quam solutum repetere.*

DE MVTVO.

LIBER VIGESIMVS SECVNDVS.

De quatuor generalibus contrahendi modis. Cap. 1.

1. Quatuor conventionum omnium habentium synallagma formula.
2. Certum quid, & quomodo fiat, & qui contractus resiant.
3. De contractibus verbis in genere.
4. De formula contractuum quilibet, & qui consensu celebrantur.
5. De contractibus incommutatis, & vagis.

¶ Ostquam in superiori libro, per genera, conventionum naturam, obligationem actionem & dissolutionem expl. cauerimus operi pretium est ad singularia cuiusque contractus perueniamus, quae cum superioribus certam & definitam tractationem & formulam exigunt. Itaque omnes contractus, qui *synallagma* habent, id est, vtro citroque obligationem, *l. Labeo §. contractus de verb. Et rerum signi.* ad quatuor formulas, vel quatuor capita, seu species reducuntur: ut vel re, vel verbis vel literis, vel consensu iniri & perfici dicantur. *Pau. in l. 1. §. 1. Et Modest. in Lob. uigamur aut re. de actio. P. §. sequens. de obl. ap. In. in Sant* enim haec quatuor media, res, verba, literae, contentius, quibus voluntas dominorum contrahentium exprimi & certa reddi potest. Cuius oculis subiicitur vel demonstratur, certa est, *l. cum olim. de verb. signi. 4. de legat. 1. l. si fortitanum. C. de legat. l. si in nomine. C. de testa. l. si in nomine. de verb. obl. §. si quis in nomine. del. g. tit. §. Certum quoque, cuius quantitas, q. in obligatione versatur, ostendatur qualitate quantaque sit, an suo nomine, aut demonstratione, quae nominis vice fungitur. *Pau. l. licet. num. 6. de reb. credit. P.* Est & certum per nomen proprium, quod ad recognoscenda singula impositum est, *l. 1. de muta. nomi. C. tit. 25. ut nomina appellata certa sunt quidem pro determinatione substantiae, & naturae speciei, quia rerum naturae confundi prohibentur. l. 4. de leg. 1. P. ato. in Cranyo.* Incerta autem ratione individuorum, quae communem habent*

substantiam, per propria discernuntur, tanquam per rerum notas, *Cicero 5. de Finibus. Et vide Inueniunt, ubi agi de confirmatione.* Ita certum est, cum apparet quid, quale, quantum: in certum contra, cum illis terminis non distinguuntur, *l. stipulationum quaedam. 7. 4. l. ubi altera non apparet. 75. Pa. man. l. in si. ult. tit. 15. Veniens i. qui ex pluribus. 106. Marc. l. in l. iudicium. 94. de verb. obl. P. ap. in l. cum post §. gener. a sacero. de iud. l. 2. §. si quis insulam de eo quod certo loco. l. cum, qui insulam, de iud. Quamobrem in his per commercia pertractandis, quae re ipsa certae esse possent, quae, qualia, quantave essent quae darentur & transferrentur, pla. uit & vnum gradum formulae constituit, eorum contractuum, qui re possent fieri, ne superfluis & non necessariis onerentur commercia. Superflua enim & perperam posita, a conventionibus, in *l. fin. C. de dona. 2. de form. Et imp. car. act. sub l. 1. C. & legibus. l. 1. §. quib. de novo Cod. fac. C. leg. 1. §. 2. de vere. inter. nuncia. C. l. r. de mor. iur. qui tollen. expungi oportet. Huius formulae censentur. l. 1. §. re. contrahitur obl. cum seg. §. de actio. mu. uem. si. debitum commodatum, depositum, sequi stratio, pignus, hypotheca.**

¶ At ubi non possunt re ipsa commode de finiri negotia conuenientium, verbis utendum est. Ideo & aliae conventiones quae ex verborum de finit. omibus perficerentur, induciae sunt, *l. 1. §. verbis. de actio. l. 1. de verb. obl. vnde proderunt stipulationum variae species, ut suo loco tradetur. ¶ Fuerunt & ad commodiorum usum inuente obligationes literarum. de lib. obl. & alio generalis consensus formula: quia inter praesentes & absentes, contractus comodius possent: quales. o. nentiones. l. 2. actio §. 1. de obl. g. quae ex consensu. emptio & venditio locatio, conductio, emphyteusis, nuptiae. l. 2. de ritu nuptia. in P. de nuptiarum ritibus. Et consensu. d. in personis, de aliis hoc lib. mandatum. Et hi omnes contractus nominati dicuntur, veluti proprio nomine distincti. ¶ Qui-*